This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08160570 5

Bibl. d. schön. Wissensch. Vol. IV. Sect. 1. pag. 127—137.

Tyrtaeus
NRS

ΤΥΡΤΑΙΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

TYRTAEI
QVAE SVPERSVNT OMNIA

COLLEGIT

COMMENTARIO ILLVSTRAVIT

EDIDIT

CHRISTIANVS ADOLPHVS KLOTZIVS.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

ALTENBVRGI,

EX OFFICINA RICHTERIA CIↃ IↃ CCLXVII.

2.II.



VIRO ILLVSTRI

QVINTO ICILIO

S. P. D.

CHRIST. ADOLPH. KLOTZIVS.

Cum ante aliquot annos in caſtris inter victrices Boruſſorum aquilas eo conſilio verſarer, vt tot fortiſſimorum ducum, qui-

bus nullus hoſtis formidoloſus, non labor in-
ſolitus, non locus vllus arduus erat, quo-
rumque animus acer et praeſens nil metue
bat, praeter turpem famam, egregia facino
ra admirarer propius, eosque in prima front
concurrentes, aduerſa vulneribus pectora fe
rentes, immo, qui terror hoſtium et virtu
tutis imago erat, Winterfeldium pulchra
per vulnera mortem quaerentem his oculi
conſpicerem, excitauit animum rerum, qu
Friderici M. auſpiciis gerebantur, magnit
do, nec hominem vmbraticum atque ſolitua
ni antea adſuetum otioſum eſſe paſſa eſt. A
cidit tum mihi idem, quod de Diogene mem
riae proditum eſſe noſti, Vir illuſtris. Cu
enim, rumore de aduentu Philippi Cori
thum allato, omnes timerent et trepidare
alii arma capeſſerent, alii muros reficere
alii alia facerent, ille, hoc tumultu cogni
ſuccincto palliolo, quem iam tum philoſop
grauitatem decere credebant, ſtudioſe adm
dum dolium, in quo degebat, ſurſum deorſ
in area voluere coepit et amico, quorſum h

fa

facis Diogenes? interroganti, volvo et ipse dolium, respondit, ne otiosus solus inter tot occupatos videar. Vobis igitur pro iusta causa Friderici, nullum bellum suscipientis, nisi aut pro fide aut pro salute, pugnantibus et Germaniae libertatem armis asserentibus, lubuit, aeternam, quos antiqua aetas celebrauit, heroum virtutem cum praeclaris huius aeui facinoribus saepe comparare, iuuitque non omnino imbelli lyra, quamque mihi Musas, nescio an Iouis illas toto orbe celeberrimas filias, certe ingenuas puellas et nemini spe aut mercede se addicentes, dedisse putabam, summi regis res gestas canere Borussorum castra sequentem et inuictum exercitum. Hinc primum nata fuit Tyrtaei notitia, mox familiaritas, cuius carmina nunquam legebam, quin incalescere pectus sentirem. Illos igitur versus ego ediscere, saepiuscule recitare, immo, quoniam in quamplurimos eosdem sensus transfundere cupiebam, vulgare noua editione. Quam pace humano generi a Rege nostro reddita, qui nulla re propius princi-

fortunae indulgentia conceſſerat. Delatus enim eram eo, vbi non inferiora Tyrtaeo cecinit Gleimius, ſuperioraque non ſolum Spartanis, ſed iis quoque, qui orbem terrae ſubigere tentauerant, militibus, egerunt omni armorum diſciplina et arte bellandi excellentes Boruſſi. Hinc, quae omnis poſteritas admirabitur, incredibilis virtutis exempla contemplatus quotidie animus facile dignos Tyrtaei interprete ſpiritus concipere potuit. Cogitanti vero eidem de Tua humanitate perpetuaque erga me beneuolentia non potuit non totus ille labor, quem in explicandis et illuſtrandis poetae verſibus ponebam, iucundiſſimus reddi. Nouam igitur hanc Tyrtaei editionem lubenter ad Te miſi, animique Tibi addicti, dediti, obſtricti, teſtimonium aeternum (nam dum virtuti, conſtantiae, patriae amori Suus erit honos, Tyrtaei verſus legentur,) eſſe iuſſi. Seruare enim debebat liber meus illius viri nomen, qui, quae Graecus poeta magnifice cecinit, manu fortiter egit, cuiusque amicitia et fauore nihil habeo quo lubentius veriusque

gloriari possim. Illum vero si Tu eadem be
neuolentia susceperis, qua soles omnia mea
fructum me amplissimum retulisse iudicabo
diuturno Graecarum litterarum studio, qua
licet mirificam semper mihi attulerint volu
ptatem, nunquam tamen poterunt maiorem ea
quae Quinti Icilii beneuolentiae adiuncta est
Vale nostrum decus.

CARMEN

PRIORI EDITIONI PRAEFIXVM.

Nuper reuiſit Pax niueis equis
Terram gementem diruta et oppida,
Tuque arma reddebas Gradiuo
Sanguinolenta, manuque eadem,

Quae mille mortes hoſtibus intulit
Et mille caedes, vndique quae fugam
Diſperſit et diros pauores,
Dulcem iterum citharam petebas:

Praecinctae lauro tempora duplici,
Et quam virentem ſemper et integram
Dî, QVINTE, bellorum artiumque
Impoſuere Tuis capillis.

rem pertinere viderentur, copiosius etiam poetae vita descripta, vno verbo, operam dedi, vt Tyrtaei carmina eo habitu apparerent, qui deceret poetae ingenium et famam. Toto vero in hoc negotio nihil spectaui aliud, quam vt Graecarum litterarum studio inseruirem illiusque ardorem in Germania accenderem, aut, si nefas est haec dicere altera Graeci libelli editione adornata, augerem certe. Constitueram olim apud animum meum, plurium poetarum atque inprimis, quorum fragmenta molesto saepe labore collegi, Lyricorum Graecorum interpretatione et emendatione bene de iis litteris mereri, e quarum amore me incredibilem semper voluptatem cepisse nunquam obliuiscar. Sed mutata rerum conditione auocatoque animo ab his criticis studiis nihil me eiusmodi posthac suscepturum esse profiteor. Iuuat ex hac quoque sapientia modum retinere, nec litterarum intemperantia me laborasse fore credo qui dicat. Excedo igitur castris, in quibus, nisi feliciter et cum gloriola, fortiter tamen, vt decere aiunt Criticum, immo fortius, quam nunc, posteaquam adolescentia deferbuit multaque aetas et dies mitigauit, vellem ipse, militaui, et, quae diutius calidiusque, quam sperarem, quam iucundum esset,

Diuae Criticae feci sacra, relinquo, nisi palmis laureisque condecoratus, certe rectae voluntatis mihi conscius. Licebitne vero huic homini, ab illo theatro recedenti, vbi cruenti saepe ludi eduntur non sine clamore et eiulatu, eadem, qua olim solebant in spectaculis, voce atque spe plausum postulare? Δότε κρότον καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. Scripsi Halae Sax. a. 1766. Kal. Octob.

ΤΥΡΤΑΙΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

TYRTAEI
QVAE SVPERSVNT OMNIA

COLLEGIT

COMMENTARIO ILLVSTRAVIT

EDIDIT

CHRISTIANVS ADOLPHVS KLOTZIVS.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

ALTENBVRGI,

EX OFFICINA RICHTERIA CIↃ IↃ CCLXVII.

2.D.

II. Epistolae ad ill. Quintum Icilium praefixa gemma habet Herculem laboribus difficillimis superatis gestantem non, vt Maffeius et alii putant, Amorem, sed vt ex capite et alis figurae verius coniicit Lippertus, Victoriam humeris. Figura igitur allegorica est. Huius sententiae veritas clare apparet, huius gemmae comparatione instituta cum alia, quae datur in opere inscripto: *A Collection of Gems — taken from the Classics by George Ogle.* (Londin. 1741.) tab. XXXVI. In illa Hercules Cupidinem, humeris insidentem, longe alia ratione sustinet.

III. haec gemma memoriae dicata est fortissimi Spartani, Othryadis, cuius laudes et historiam petes ex Herodot. I, 82. Plutarch. Parall. p. 306. et Lucian. Contempl. 24. Eadem gemma exhibetur elegantius, quam nobis licuit, accuratiusque etiam, in opere: *Traité de la Méthode antique de graver en pierres fines* — par *Laur. Natter.* t. XI. p. 19. Qui artium et elegantiae studio tenetur, comparabit proxime ibi sequentem gemmam, quae idem argumentum habet, cum illa.

IV. Herculi coronam imponit Virtus. Gemmam servat Museum Farnesianum. conf. Constantii Landi *Selector. Numism. Expos.* p. 61.

V. Perseus, artificiosa Dioscoridis manu scalptus, fortem animum adumbrat. Eadem gemma apparet in laudato Stoschii opere tab. XXX. vid. p. 38.

VI. Gemma a Marietto ex Museo regis Galliae prolata, exhibet Herculem, Diomedem Thracem interficientem. v. *Recueil des pierres gravées du Cabinet du Roy.* t. LXXVII.

VII. Victoria, vt Nemesis, facinora heroum lancibus examinat.

VIII. haec gemma elegantissime sculpta speciem Gloriae exhibet pulchram.

CAR-

CARMINA TYRTAEI.

A.

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα
Ἀνδρὶ ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.
Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγροὺς
Πτωχεύειν πάντων ἐς' ἀνιηρότατον,
Πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι
Παισί τε σὺν μικροῖς κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.

Ἐχθρὸς γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὓς κεν ἵκηται,
Χρησμοσύνη τ' εἴκων καὶ συγερῇ πενίῃ·
Αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,
Πᾶσα δ' ἀτιμία καὶ κακότης ἕπεται.
Εἰ δ' ἔτως ἀνδρὸς τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὥρη
Γίνεται, οὔτ' αἰδὼς εἰσοπίσω τελέθει.
Θυμῷ γῆς περὶ τῇσδε μαχώμεθα καὶ περὶ παίδων
Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι.
Ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
Μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβε.
Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμὸν,
Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι.
Τὼς δὲ παλαιοτέρως, ὧν οὐκέτι γόνατ' ἐλαφρὰ
Μὴ καταλείποντες φεύγετε τὼς γεραιούς.
Αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο, μετὰ προμάχοισι πεσόντα
Κεῖσθαι πρόσθε νέων ἄνδρα παλαιότερον
Ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη πολιόν τε γένειον,
Θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,
Αἱμα-

Αἱματοέντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα,
(Αἰσχρὰ τάγ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν)
Καὶ χρόα γυμνωθέντα· νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
ὅφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχη,
Ἀνδράσι μὲν θνητοῖσιν ἰδεῖν ἐρατὸς δὲ γυναιξὶ
Ζωὸς ἐὼν, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών.
Ἀλλά τις ἔυ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.

COMMENTARIVS.

Conseruauit nobis hoc carmen Lycurgus in orat. contra Leocrat. c. 27. p. 227. editionis Cl. Taylori, e qua nos seriem orationis descripsimus. editum quoque ab Henr. Stephano inter princ. her. carm. p. 473. et Idyll. p. 27. ab Hertelio, l. c. p. 219. Wintertonio, l. c. p. 441. Lectio l. c. p. 732. De illius elegantia vide quae dicit Robert. Lowth in libro praeclaro de sacra poesi Hebraeorum p. 20. edit. Goetting.

Τεθνάμεναι] Vtrum integra ad nos peruenerit haec elegia, an aliqua desint, haud facile dixerim. Sed nihil puto fere deesse. Caue enim ideo carmen truncatum initio censeas, quoniam statim ab initio particula γὰρ occurrit. Pulchre obseruauit attulitque Hoogeveen ad Viger. de idiot. p. 360. similem locum ex Herodoto, vbi in l. II. Dionysius Phocaeensis sic orationem orditur: Ἐπὶ ξυρῇ γὰρ τῇδε ἀκμῇ ἔχε-

τὰ ἡμῖν τὰ πρώγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ ἀνίας ἐλευθέρουσι, ἢ δούλοισι κ. λ. quanquam de hoc Herodoti loco lege quae Longinus περὶ ὕψ. S. XXII. notauit. Potest enim fortasse Tyrtaei carmen, quod ad sententias attinet, eodem modo construi, quo Herodoti locus a Longino ordinatur. Apud Homerum memini non semel τὸ γὰρ orationis initio poni. E multis pauca dabimus. Il. A. 122.

Ἀτρεΐδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων,
Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί.

Odyss. I. 523. ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον. Ἄ γὰρ δὴ — σε δυναίμην — πέμψαι. K. 501. προσέειπον· Ὦ Κίρκη τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει. v. 382. προσέειπον· Ὦ Κίρκη τίς γὰρ κεν ἀνὴρ τλαίη κ. λ. vid. v. 337. 226. et 174. Ὦ φίλοι, οὐ γὰρ πως κατατλησόμεθ' — Ἀλλ' ἄγετ' — Μνησόμεθα· vbi parum abest, quin assentiar Eustathio, scribenti: ὁ ποιητὴς ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ γὰρ ἅπτα ἐπάγει τὸν, ἀλλὰ, σύνδεσμον, ταυτοδυναμοῦντα τῷ δή. etsi hoc loco Clarkius hanc particulam, ad id, quod eleganter reticeatur, referri dicat. quam obseruationem, licet non contemnendam, vbique, nec satis recte semper, ille inculcat. Barnesius tamen, qui hic et alibi ἐκ ἄρ rescribit, non ferendus est. Atque etiam Aelianus in V. H. L. IV. cap. 29. sic orditur: οὐ γὰρ δὴ δύναμαι πεῖσαι ἐμαυτὸν μὴ γελᾶν. confer quae habent Lambertus Bos de Ellips. Gr. p. 593. (ed. Schweb.) et Petr. Moll ad Longi Pastor. p. 116. quanquam quae hic de emphasi dicit, non temere probanda, sunt, certe a me, qui illam de emphasi doctrinam lubenter soleo concionatoribus relinquere, qui soli scire videntur, quae vis lateat in verbis διάκονος, σπλαγχνίζομαι etc. ἐρευνᾶν, κραδαίνομαι, μάχην μάχεσθαι, κοσμεῖσθαι κάνδυνον, de quibus bene disputat Clericus in Art. Crit. P. II. S. I, 4. adde Clarkium ad Il. O. 201. et lege ea, quae disputat eleganter Io. Tob. Krebsius in obseruation. in Nou. Testam. e Iosepho, p. 71. et 238. qui dicit τὰ γὰρ elegantissime in

in principio orationis paullo vehementioris et concitatioris poni, et multa exempla e Iosepho profert, e quibus memorabile est illud B. I. III, 8, 5. vbi Iosephus veritus, ne Iudaei impetum facerent, eos ab hoc consilio auocare conatur, orationemque his verbis orditur: *τί γαρ τοσοῦτον σφῶν αὐτῶν, ἑταῖροι, φονῶμεν*; quorsum, o Socii, propriae caedis tam auidi sumus? — *τὸ γαρ* in interrogationibus orationem ordiri notum est. Eurip. Ion. 971. *τί γαρ μὲ χρὴ δοκεῖν.* confer Budaeum in Comment. Gr. L. p. 931. (ed. Steph.) Sic solent etiam Latini, Virgil. Georg. IV, 445:

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos?

etsi me non lateat, hunc locum aliter explicari. vide Donatum ad Terent. Phorm. V, 1, 5. Aen. II, 373:

Festinate viri, nam quae tam sera moratur
Segnities?

Denique apud Plautum in Aulul. V, 4. vbi nihil antea praecessit, Lyconides ait: *Certo* enim *ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum?*

καλὸν] idem est quod *πρέπει*, decet, honestum, praeclarum est. vt apud Sophocl. Antig. 72. *καλόν μοι τῦτο πωσάγη θανεῖν.* et in Aiac. 1332. *ἐπεὶ καλὸν μοι τῦθ' ὑπερκοπουμένῳ θανεῖν.* vide late de hac verbi vi agentem Alberti in Obseru. Philolog. p. 107. quemadmodum in vniuersum *καλῶς θανεῖν* esse honeste mori ostendit Cl. Wesselingius in Obseru. II, 7. p. 167. vt in Sophol. Aiac. 482. *Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν ἐυγενῆ χρή.* adde Scherpezeelium ad Il. A. 131. et Cuperum in Obseru. I, 8. Caeterum similis sententia est apud Homerum Il. O. 496. *Οὐ ὀΐομαι ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν.* et plura contulerunt Clarkius ad Il. M. 243. *Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης*, atque Cerda ad Aen. II, 317. XI, 24. et IX, 286. Prope ad nostri verba accedit elegans locus

apud Polybium XV, 10. p. 973. οἱ μὲν ἀποθανόντες εὐγενῶς ἐν τῇ μάχῃ κάλλιστον ἐνταφίον ἔχουσι τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος θάνατον. οἱ δὲ διαφυγόντες αἴσχιστον καὶ ἐλεεινότατον τὸν ἐπίλοιπον βίον. Pariter Simonides de caesis ad Thermopylas Spartanis pro patria, apud Diodorum Sic. L. XI. T. I. p. 412. ed. Weſſel. Τῶν ἐν Θερμοπύλαις θανόντων ἐυκλεὴς μὲν ἡ τύχα, καλὸς δ' ὁ πότμος, βωμὸς δ' ὁ τάφος, προγόνων δὲ μνῆσις, ὁ δ' ὕμνος ἔπαινος. ἐντάφιον δὲ τοιοῦτον οὔτ' ἰὼν εὐρώς, οὔθ' ὁ παυδαμάτωρ ἀμαυρώσει χρόνος ἀνδρῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ σηκὸς οἰκητὴν εὐδοξίαν Ἑλλάδος ἅλαπτο. μαρτυρεῖ δὲ Λεωνίδας, ὁ Σπάρτας βασιλεύς, ἀρετᾶς μέγαν λελοιπὼς κόσμον, ἀέναόν τε κλέος. Quintus Cal. X, 43.

Εὐκλεῶς μέγ' ὀλέσθαι ἀμυνομένους περὶ πάτρης
Βέλτερον, ἢ μείναντας οἰζυρῶς ἀπολέσθαι.

Illud Horatii III, 2, 13. *Dulce et decorum eſt pro patria mori*, notum eſt. Noſter quoque Lotichius cecinit: I, 9, 25.

Iamque tubae lituique ſonant, lacrimoſa valete
Omina: pro patria dulce piumque mori.

Ἀνδὶ ἀγαθὸν] explico *virum fortem*, *ſtrenuum* etc. nam hanc vim habet verbum ἀγαθὸς. vid. Abreſch in Diſſucidat Thucydid. p. 543. Aelianus V. H. IX, 38. ἐπόθει γὰρ κἀκεῖνα ἀγαθὲ στρατιώτης ὢν συνῆδει ἐκείνοις τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κλέα. copioſe hanc ſignificationem etiam adſtruit Perizonius ad V. H. VII, 8. καὶ τὸν πολεμικὸν καὶ ἀγαθὸν vbi recte refutat Fabrum eiicientem hanc vocem, et probat Vulteii interpretationem: *viros bellicoſos et fortes*. vide praeter Bern. Martini Var. Lect. I, 12. p. 27. (ed. Kemp.) Indicem Aeliani, atque Weſſeling. ad Diodor. Sic. L. XV. p. 27. συναναγκάζειν τοὺς ἐναντίους ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι πρὸς τὸν ἐκ χειρὸς κίνδυνον. Quemadmodum etiam Latinis *meliores* ſunt fortiores, notante Lambino ad Horat. I, 15. 28. *Tydides melior patre*, ita quoque κρέσσονες Graecis,

cis, docente Rittershusio ad Oppian. p. 342. Non solum vero ἀγαθὸς sic vsurpatur, vt apud Lysiam II. p. 56. ὃι μὲν αὐτοὶ πολλαχῇ ἀγαθοὶ γεγενημένοι, *cum illi plurimis in locis rem ipsi fortiter gessissent;* et Polybium XV, 10. p. 972. Ἦξιον γὰρ μνημονεύοντας τῶν προγεγονότων ἀγώνων ἄνδρας ἀγαθὰς γίγνεσθαι, σφῶν καὶ τῆς πατρίδος ἀξίους, sed etiam καλὰς. vt Aelian. V. H. VI, 2. τὰ μὲν πρῶτα ἐμάχετο ἓν καὶ καλῶς· *bene et strenue.* Apud Latinos *bonus* eandem significationem habet. vid. Seruius ad Aen. I, 195. et *pulcher* dicitur pro forti, quod docet Burmannus ad Aen. VII, 656. Contra κακὸς vsurpatur de timidis et ignauis: Sic apud Sophocl. Aiac. 458. εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι, φύγοι γ' ἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα in Philoctet. 1349. κακοὺς ὄντας πρὸς φέχμιὴν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς. Il. Δ. 299. κακοὺς δ' ἐς μίσσον ἔλασσεν Ὄφρα καὶ ὄυκ ἐθέλων τις ἀναγκαίη πολεμίζῃ. et Il. B. 365. Γνώσῃ ἔπειθ' ὃς θ' ἡγεμόνων κακὸς, ὅς τε νυ λαῶν Ἡδ' ὅσκ' ἐσθλὸς ἔῃσι· vbi Scholiast. κακὸς· δειλὸς, ἀδυνὴς· ἐσθλὸς· ἀγαθὸς, ἀνδρεῖος· Pariter idem ad v. 190. ὄυ σε ἔοικε κακὸν ὡς δειδίσσεσθαι, notat, ὡς κακὸν καὶ ἄνανδρον, et ad v. 368. ἀνδρῶν κακότητι, scribit: κακίᾳ, δειλίᾳ. Sic etiam κάκη est ignauia notante Steph. Berglero ad Aristoph. Aues, 542. Hinc deinde descendit compositum verbum ἀνδραγαθία: quod Car. Girardus ad Aristoph. Plut. 191. exponit per studium et voluntatem rerum honestarum viriliter et strenue peragendarum. saepe simpliciter indicat fortitudinem: vt apud Thucyd. II. 42. τὴν ἐς πολέμιος ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε· et apud eundem III, 40. est ἀνδραγαθίζεσθαι. Apud Plutarchum in Apophth. Lac. p. 222. Senex Laconicus inquit: ἀλλ' ὄυτοι κάλλιον θάνατον ἀποθανεῖμαι ὑπὲρ Σπάρτης ἀνδραγαθῶν. Est enim ἀνὴρ saepe idem, qui vir fortis, bellicosus, et intrepidus, Inde apud Thucyd. III, 14. γίγνεσθε δὲ ἄνδρες· vbi Schol. ἀνδρεῖοι, προθυμοι, et idem ad VI, 69. ἀνδρείαν νῦν λέγει τὸ θάρσος. et frequenter apud Homerum: ἀνέρες ἐσὲ, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε. vid. Eustathium ad Il. Δ. p. 1058. et E. p. 1242. ed. Polit. Gatakerum ad Antonin. IV, 3. p. 129. (qui non semel

sic, vt II, 5. *φρόντιζε σιβαρῶς ὡς Ρωμαῖος ἀμφ' ἄρεϊ*, et III, 5. *ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔστω προσάντης ζώου ἀρρένος, καὶ πρεσβύτα, καὶ πολιτικοῦ καὶ Ρωμαίου*, vbi eadem vis est verbi Ῥωμαῖος.) Steph. Berglerum ad Aristoph. Equit. 178. et 391. Io. Vptonum ad Epictetum p. 13. et Wesseling. ad Herodot. L. VIII, 88. p. 660. vbi narratur Xerxis vox: *οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες*. Pariter Latini verbum *vir* hoc sensu ponunt. Exempla quaerentibus dabunt Barthius in Aduersar. p. 108. Cortius ad Sallust. B. C. XL, 3. Snakenburg ad Curt. IX, 7, 17. Freinshemius in Ind. h. v. Drakenborch. ad Liu. III, 67, 3. Aug. van Staveren ad Fulgent. p. 746. et Valkenarius ad Herodot. L. VII. p. 604. Contra vt Petrus Petitus in Miscell. Obseru. III, 15. bene obseruat, *ἄνθρωπος* saepe de hominibus vilibus admodum et contemtis dicitur.

περὶ ἧ πατρίδι] Sic saepe Homerus, etsi noster et infra, 14. *γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα*, et alio loco *μάχεσθαι γῆς περί*. Eustathius quidem ad Odyss. P. 471.

Ὅππότ' ἀνὴρ περὶ οἷσι μαχεόμενος κτεάτεσσι
Βλήεται, ἢ περὶ βουσίν,

notat: *κακῶς δὲ ἡ περὶ πρόθεσις μετὰ δοτικῆς λέγεται ἐν τῷ περὶ κτήμασι καὶ περὶ βουσίν* sed vide ibi Clarkium, et ad Odyss. B. 245. *ἀγαλλέον δὲ — μαχήσασθαι περὶ δωτῖ*. confer Abreschium in Diluc. Thucyd. p. 483. et inprimis p. 600. Graeci etiam hoc significatu ponunt *πρὸ* pro *ὑπὲρ*. vt II. Θ. 57. *μέμασαν δὲ καὶ ὡς ὑσμῖνι μάχεσθαι πρότε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν* vid. Barnesium ad Eurip. Alcest. 326.

Πτωχεύειν] De differentia inter *πτωχεύειν* et *πενίαν* vide Aristophan. in Plut. 549. et Kuhnium in Indic. Aelian. s. v. *πενία*.

ἀνιηρότατον.] Proprium verbi *ἀνιηρὸς* vim explicat Valkenarius ad Herodot. L. III. p. 251. Praeterea notum est

est cuiuis, ni fallor, illud Homeri in Odyss. O, 342. πλημτροσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. Similis sententia est apud Euripidem in Phoeniss. 391. Τί τὰ στέρεσθαι πατρίδος ἢ κακὸν μέγα; Μέγιστον ἔργῳ δ' ἐστὶ μᾶζον ἢ λόγῳ· et in Electr. 1314. Καὶ τίνες ἄλλαι ξυναχαὶ μείζους ἢ γῆς πατρίας ὅρον ἐκλιπεῖν; vbi laudat Barnesius ex Oppian. Halieut. I, 277.

Οὐδ' ἀλεγεινότερον κεῖ κύντερον, ὅσσον ἀνάγκη
Φυσίπολιν πάτρης τελέσῃ βίον ἀλγινόεντα
Ξεῖνον ἐν ἀλλοδαποῖσιν ἀτιμίης ζυγὸν ἕλκων·

ad quem locum video plura contulisse Conr. Rittershusium; quibus tantum duo loca e Quinto Calabro addam, qui II, 38. inquit:

ἐπεὶ πολὺ λώϊον ἐξὶ
Θαρσαλέως ἀπολέσθαι ἀνὰ κλόνον, ἢὲ φυγόντας
Ζώειν ἀλλοδαποῖσι παρ' ἀνδράσιν αἶσχε' ἔχοντας,

et 59.

Μήτε πόληος ἔης ἀπὸ τῆλε φυγόντες
Ἄσχεα πολλὰ φέρωμεν ἀναγκείῃ ὑπὸ λυγρῇ,
Ἀλλοδαπὴν περόωντες ἐπὶ χθόνα.

quae pulchre exprimunt Tyrtaei sententiam. Elegantissime cecinit quoque ille, qui Musis charus et iucundus omnibus, pulchram petiit per vulnera mortem, Kleistius:

Den, der fürs Vaterland den Tod nicht scheut,
Erwartet dort sein Himmel, hier sein Ruhm:
Und Schand erwartet jeden feigen Mann.

κουριδίη] Eustathius ad Il. A. p. 127. ed. Polit. Κουριδίη δ' ἄλοχος, ἣν τις κόρην ἔτι οὖσαν ἠγάγετο, ἃ μὴν ἢ ἑτέρῳ προσυζευχθεῖσαν εἰς γάμον, ἢ κεῖ ἄλλως γραῦν.

Ἐχθρὸς

Ἐχθρὸς] Quid poteſt propius ad verba et ſententiam Tyrtaei accedere, quam illa Theognidis, cuius verſus, vt multis exemplis apparebit, ſaepe quam proxime accedunt ad Tyrtaeanos: v. 209.

Οὐδεὶς τοι φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος,
Τῆς δὲ φυγῆς ἐξὶν τοῦτ' ἀνιηρότερον·

Pertinet huc etiam egregium σκόλιον, quod ſeruauit Athenaeus L. XV. c. 14. p. 695. Ἀδμήτου λόγον, ὦ παῖρε μαθὼν, τὰς ἀγαθὰς φίλα, τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλοῖς ὀλίγη χάρις. Vnde quoque Nic. Damaſcenus de moribus Graecorum dicit: in (Theſ. Gron. T. VI. p. 3855.) Αἰσχρὸν δὲ ἐστι δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν ἢ φίλον γενέσθαι.

Ἐχθρὸς γὰρ] Varie tentarunt et legerunt viri docti hunc locum. Steph. Hert. Wint. Ἐχθρὸς μὲν γὰρ, quibus Taylorus etiam accedit, addita ſimul alia lectione, quaeque mihi omnium optima videtur: Ἔχθιστος γὰρ τοῖσι. Certe magis haec placet emendatione Scaligeri, ab eodem notata, Ἐχθρὸς γὰρ τούτοισι μετέσσεται. Melanchthon legit γὰρ δή. Oſius edidit: Ἐχθρὸς γὰρ καὶ τοῖσι —

ἔκων] Il. N. 224. ὔντε τις ὄκνῳ ἔικων ἀνδύεται πόλεμον. Od. Ξ. 158. Ὃς πενίῃ ἔκων ἀπατήλια βάζει. Thucyd. VIII. 27. Οὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ ἑκὼν εἴξας ἀλόγως διακινδυνεύσειν. Alio verbo, ſed pari ſententia, rem eloquutus eſt Theognis v. 177. πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδαμημένος ὔντε τι εἰπὼν — δύναται· quem totum locum cum hoc comparabis, et addes v. 649. ſequ. Sed clariſſime v. 388.

Τολμᾷ δ' οὐκ ἐθέλων εἰσχέαι πολλὰ φέρειν
Χρησμοσύνη εἰπών, ἢ δὴ κακὰ πολλὰ διδάσκει.

adde Euſtath. ad Il. Ω, 42.

Αἰσχύνε

Αἰσχύνῃ κ. λ.] ad illustrandum hunc locum faciunt, quae artulit Berglerus ad Aristoph. Aues, 1451.

ἀτιμία] Steph. Hert. Wintert. Melanchth. ἀθυμίαι Scal. ἀθυμίη. Ald. ἄτυμία forte pro ἀθυμία. etiam in edit. Lycurgi, edita Vitebergae a Io. Lufft a. 1568. ἀθυμία. Sed omnes, quantum iudico, minus recte. Sermonem esse apparet de turpitudine et ignominia, quae perferenda sit homini ignauo, timidoque, non de desperatione animi. Et ipsa res nostram opinionem confirmat. Erat enim legibus iis, qui stationem reliquerant turpiterque aufugerant, ἀτιμία constituta, vid. Taylorum in Lect. Lysiac. p. 716. et 715. ἄτιμον εἶναι τὸν τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα, atque Spanhemium ad Iulian. Orat. p. 239. Facit etiam huc inprimis Andocides in Orat. I. p. 207. ed. Hanou. Οἱ δὲ ἄτιμοι ἦσαν, καὶ τίνα τρόπον ἕκαστοι ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω — οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ — ἐξ μὲν τρόπος οὗτος ἀτιμίας ἦν· ἕτερος δὲ, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτιμα ἦν, τὴν δὲ οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτυντο· οὗτοι δ' ἂν ἦσαν ὁπόσοι κλοπῆς ἢ δώρων ὤφλουεν· τούτους ἔδει καὶ αὐτὰς καὶ τὰς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. καὶ ὁπόσοι λίποιεν τὴν τάξιν, ἢ ἀστρατείας, ἢ δειλίας, ἢ ναυμαχίας (sed sine dubio legendum est ἀμαχίας) ὤφλουεν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβάλοιεν· — οὗτοι πάντες ἄτιμοι ἦσαν τὰ σώματα. Porro Xenophon de rep. Laced. p. 684. narrat quaecunque apud Lacedaemonios mala sint ignauo, vt ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι πᾶς μὲν ἄν τις αἰσχυνθείη τὸν κακὸν σύσκηνον παραλαβεῖν, πᾶς δ' ἄν ἐν παλαίσμασι συγγυμνασθῆναι, et tandem, recensitis infamiae generibus, concludit: Τοιαύτης τοῖς κακοῖς ἀτιμίας ἐπικειμένης. Deinde etiam, quid potest nostram opinionem melius firmare iis, quae Herodotus dicit L. VII, 229. de Aristodemo, qui ignauiter apud Thermopylas rem gesserat: ἀπονοστήσας δὲ ἐς Λακεδαίμονα ὁ Ἀριστόδημος, ὀνειδός τε εἶχε καὶ ἀτιμίην· πάσχων δὲ τοιάδε ἠτίμωτο· οὔτε οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔνανε Σπαρτιητέων, οὔτε διελέγετο, ὀνειδός τε εἶχε ὁ τρέσας Ἀριστόδημος καλεόμενος. vbi vide Valkenarium p. 614. Quae quidem sufficere arbitror

arbitror ad receptam lectionem ſtabiliendam. conſule Weſſelingium ad Diod. Sic. II. p. 372. Ceterum cum de crimine λιποταξίου, tum de ἀτιμία, confer Lyſiae oration. contra Alcibiadem, κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. et Taylorum pag. 107. Marklandum ad Or. XII, p. 560. Harpocration. ſ. v. ἄτιμος, et Saluinum ad Euſtath. T. I. p. 150. copioſiſſime verbum ἄτιμος explicat Taylor ad Demoſthen. T. II. p. 310. Quid vero ſit ἀθυμία oſtendit Georg. d'Arnaud in Specimine Animaduerſ. Criticar. p. 176.

ἀλωμένου] male Ald. Of. Hert. ἀλωμένου.

ὤρη] — Of. οὐδὲ μί — Harpocration p. 261. ὀλιγωρήσετε ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε. Δημοδέτης Φιλιππικοῖς· ὀλιγωρεῖν γὰρ λέγεται τὸ ὀλίγην ὥραν ἔχειν — ὥρα δ' ἐστὶν ἡ φροντίς· Heſiodus in ἐργ. 30. ὤρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέωντε, prò quo male vult Clericus ὥρη. vide Graevium Lect. Heſiod. p. 6. et Annam Fabri ad Callimach. H. in Del. 314.

Γίνεται] Steph. Hert. Wint. γίγνεται, vt ſemper, quod ſemel monuiſſe ſufficiat. Moeris: γίγνεται ἀττικῶς· γίνεται ἑλληνικῶς· vid. Valkenarium ad Eurip. Phoeniſſ. v. 743. et 1396.

Θυμῷ] id eſt, animoſo, alacri impetu, ſtrenua virtute, fortitudine, ardore. fere vt Latini vſurpant verbum *animus*. vid. Burmannum, ad Virg. Aen. II, 617. et 261. *Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore toto.* atque Barthium ad Statii Silu. II, 1, 169. et Theb. III, 8. ſed nunc ſubſiſtamus in Graecis. Thucydides II, 11. οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλεῖστα ἐς ἔργον καθίσαντες; *ſummo animi impetu rem aggrediuntur.* Hinc verbum θυμομαχεῖν, de quo praeter Budaeum in Comment. Gr. L. p. 1179. qui interpretatur: animoſe et ad internecionem vsque dimicare, conſule Raphelium in Annot. ex Polyb. et Arr. ad Act. XII, 20. vbi recte eos refutat, qui explicant, animo bellum meditari, et hoc verbum de ipſo pugnandi

gnandi ardore, et animi vel ad vincendum, vel ad moriendum obstinatione vsurpari docet, eandemque vim verbi ψυχομαχᾶν esse ostendit. Omnium, puto optime de illo verbo egit Alberti ad Hesych. s. v. Θυμοειδὴς: et Raphelii sententiam inprimis stabilire mihi videtur Diodor. Sic. L. XVII. p. 184. οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς θυμομαχοῦντες, τὸ ζῆν πρότερον ἢ τὴν ἀρετὴν ἔλαττον. in eiusdem fragmentis p. 639. legitur: ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ θυμομαχεῖν ἐμφρόνως ὑπομένων τὸ δεινόν. Apud Quintum Calabr. IX, 205. est:

Οὐδὲ μὲν ἐθλοῖς
Τρώων ἡγεμόνεσσι θέος πέλεν ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἐκ θυμοῖο μάχοντο.

adde Abresch. in Animadu. ad Aeschyl. p. 147. De formula hac ἐκ θυμοῦ vide Stanleium ad Aeschyl. Agamemn. 48. pro quo etiam dicunt ἐκ ψυχῆς· quod explicat Scholiastes Theocriti ad Id. VIII, 35. βόσκοι τ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνάδας, sic: ἐξ ὅλης τῆς προθυμίας· ἐκ ψυχῆς ποιεῖ τὶς τόδε, ἤγουν ἑκὼν καὶ ἀφ' ἑαυτῆ κινούμενος· οὐκ ἐκ ψυχῆς δὲ ποιεῖ, ἤγουν, ἄκων καὶ σὺν βίᾳ τινί, καὶ ἐξ ἀφ ἑαυτῆ κινήμενος· Apud Antoninum frequenter occurrit ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς· vid. Gatakerum ad eum, IV, 31. p. 157.

ψυχέων] Duplici modo videtur mihi hic locus exponi posse: Siue, ne parcite vobis, siue, ne parcite vitae vestrae. Vtraque tamen interpretatio eodem redit. verbum ψυχαὶ pro hominibus ipsis saepe ponitur, vt in Lysiae orat. II. p. 51. τὰς δ' αὐτῶν ψυχὰς ὀλίγας οὔσας ἀντιτάξαντες τῷ πλήθει τῷ τῆς Ἀσίας et Euripid. Androm. 611. ψυχὰς δὲ πολλὰς καζαθὰς ἀπόλεσας: quemadmodum etiam Latini sic dicunt, vt Lucanus I, 447.

Qui fortes animas belloque perentas
Laudibus in longum vates dimittitis aeuum.

Virg. Aen. XI, 24. *Ite, ait, egregias animas — decorate supremis muneribus.* Statius Theb. VIII, 666.

Ille

Ille ego inexpletis ſolus qui caedibus hauſi
Quinquaginta animas.

vid. Rappoltum ad Horat. c. 16. p. 142. Stollbergium ad Sophocl. Aiac. p. 198. Garakerum ad Antonin. V, 32. p. 214. Barneſium ad Eurip. Herc. Fur. 452. Ἥτις ταλαίνης τῆς ἐμῆς ψυχῆς φονεύς. Schwarzium ad Olear. de ſtilo N. T. p. 26. et Burman. ad Virg. Aen. III, 67. ſed altera potius hoc loco ſignificatio mihi placet, qua ψυχὴ ſumitur pro ζωῇ. vt Il. Ω. 168. ψυχὰς ὀλέσαντες· X. 161. περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Eurip. Heracl. 14. πόλυς μὲν ὅιχεται, ψυχὴ δ' ἐσώθη· Aelianus V. H. X, 6. ὀφέλεσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν πᾶσιν, et XIV, 43. ὑπὲρ ἀνθρώπου ψυχῆς διαλογίζεσθαι. *de hominis vita decernere*. vid. Barneſium ad Eurip. Alceſt. 301. nam Euripides frequenter hoc verbum hoc ſenſu poſuit, vt in Heraclid. 984. Ion. 1498. Troad. 899. γνῶμαι τίνες ἔλησι, καί σοι, τῆς ἐμῆς ψυχῆς περί. et alibi. add. Alberti in Obſeru. p. 59. Elsnerum ad Act. Apoſt. II, 41. Trillerum in Obſeru. Crit. p. 351. et Marklandum ad Lyſiae Or. VI. p. 546.

ἀλλὰ μάχεσθε] Notent tirones h. l. ἀλλὰ eſſe idem quod *itaque*, *igitur*, vimque adhortandi excitandique habere, docentibus hoc Kuſtero ad Ariſtoph. Equit. 202. Vigero de Idiot. C. VIII, S. I, 12. qui laudat e Dionyſ. Halic. οἱ μὲν ἄντικρυς ἐπίοντες, οἱ δὲ κατόπιν, ἀλλ' ὅτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτούς, et Elsnero ad Act. XI, 20. vbi praeter alia adfert locum Arriani, Exped. V, 26. Ἀλλὰ παραμείνατε, ἄνδρες.

ἄρχετε] Inſeruit hoc verbum tantummodo periphraſi. Senſus idem eſt, ac ſi ſimpliciter poeta dixiſſet: ne fugiatis, ne timeatis. vid. Abreſch. in Dilucid. Thucyd. p. 614. Eadem ratio eſt apud Latinos τὸ *coepi*. veluti apud Cornelium in Pauſ. IV, 6. *Tanto magis — orare coepit, ne enuntiaret*. Con. V, 2. *clam dare operam coepit, vt reſtitueret*. vid. Cortium ad Salluſt. B. C. VII, 1. Erhardum ad Petron. 6. p. 41. Fr. Pithoeum

ad

ad eundem 7. p. 43. atque Barthium 79. p. 508. et Munckerum ad Hygin. Fab. IV, p. 26. adde Hutchinsonium ad Cyropaediam. I. p. 5. Ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα ὅσα καὶ διελθεῖν ἔργον ἐστὶν ὅποι ἄν ἀρξηταί τις πορεύεσθαι ἀπὸ τῶν βασιλείων, ἥν τε πρὸς ἕω, κ. λ. vertitur: *Tot autem nationes sibi deuinxit, quot vel percurrere operosum fuerit, quocunque quis ire a regia coeperit.* non recte. nam illud καὶ clare indicat, διελθεῖν esse reddendum: *recensere, enarrare, oratione persequi.* vt Graeci etiam διεξιέναι vsurpant. vide Godofr. Olearium ad Philostr. de Vit. Soph. I, 20, 2. nam sermo non est de arduo negotio, quale suscipit vel exiguam regionem peragraturus, sed de leuiore. quale est, si quis oratione tantum enarret vrbes et regna. vnde dixit: *vel:* sed obstat huic meae interpretationi verbum πορεύεσθαι, cui nescio an tribui possit significatio: *mente percurrere.* quanquam scio poetica verba saepe vsurpasse Xenophontem, vt (Cyrop. p. 172.) βροντὴ ἐφθέγξατο, (ibid. p. 194.) πανῇν συμμάχων, (Exped. p. 265.) ἐκκυμαίνειν, de phalange, et alia. sed neque poetice sic dici posse arbitror. Quare sequor editionem Aldinam, in qua deest verbum πορεύεσθαι, et locum intelligo non de itinere, sed de enarratione.

ἐν φρεσὶ θυμὸν] Graecorum poetarum propria dicendi formula, quae saepe apud Homerum occurrit, vt Il. I, 624. Ἀχιλῆος Αἰακίδαο ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν. et 635. σὺ δ' ἴλαον ἔνθεο θυμόν, Homerique ad imitationem apud Quintum Cal. VIII, 15. ἀρήϊον ἐν φρεσὶ θυμὸν θέντες. quam bene illustrat Graeuius in Lect. Hesiod. cap. 8. p. 41. comparatque cum formula Catulli:

Nec potis est dulces Musarum exponere foetus
Mens animi.

quanquam nescio an recte. Sic Graeci καρδία et θυμὸς saepe iungunt; multis exemplis datis a Schradero ad Musaeum, c. 9. p. 192. Ad rationem formulae ποιεῖτε — θυμὸν — plenius intelligendam faciunt, quae notauit Valkenarius ad Herodot. L. III.

p. 206. ἐντεῦθεν ὁ Καμβύσης ὀργὴν πεποιούμενος (id est, ὀργισθεὶς) ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας.

φιλοψυχεῖτ'] apud Iohan. XII, 25. est φιλεῖν τὴν ψυχὴν αὐτῆς de qua formula vid. Ier. Marklandum Coniect. ad Lysiae Orat. II. p. 437. quod notent, defensores puritatis stili Noui Test. viri summe reuerendi, et mehercle! acutissimi, certe oculis auribusque sani. Sed obseruaui etiam illud verbum apud alios. vt, apud Eurip. Heraclid. 519. αὐτοὶ φιλοψύχοντες et 534. φιλοψυχᾶσ' ἐγώ· qui tamen etiam in Alcest. 703. νόμιζε δ' εἰ σὺ τὴν σαυτῆς φιλεῖς ψυχήν, φιλεῖν ἅπαντας. apud Lysiam, Or. II, 44. ἄνδρες δ' ἀγαθοὶ γενόμενοι καὶ τῶν μὲν σωμάτων ἀφειδήσαντες, ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς ἃ φιλοψυχήσαντες ἔσησαν μὲν τρόπαια κ. λ. Diodorum Sic. L. III. p. 199. de Troglodytis: μέγιστον τῶν κακῶν ἡγοῦνται, τὸ φιλοψυχεῖν τὸν μηδὲν ἄξιον τῆ ζῆν πράττειν δυνάμενον. et XX. p. 430. ὑπομεῖναί τι παθεῖν ἄτοπον, ἕνεκα τῆ φιλοψυχεῖν, et Antoninum X, 8. λίαν ἐσὶν ἀναιδὴτε καὶ φιλόψυχου, et VII, 46. μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν ὅσον δὴ χρόνον, τόγε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα ἐυκτέον ἐσὶ καὶ οὐ φιλοψυχητέον, quod comparat Gataker us cum Act. XII, 24, et Apocal. XII, 11.

Τὰς δὲ παλαιοτέρας] non probo interpret. Latinam: *Veteranis grandaeuis relictis.* puto potius ita hunc locum esse capiendum: *quod autem ad senes attinet etc.* et hanc dicendi rationem cognoscere cupientes ablego ad notas Duckeri ad Thucyd. II, 62. Perizonii ad Aelian. V. H. II, 13. Lamb. Bosii ad Luc. II, 43. Dorvillii ad Chariton. p. 464. 642. 669. Wesselingii ad Herodot. L. IX. p. 691. Sic in Dialogo Aeschinis, Axiochus inscripto, S. 5. νόσας δὲ καὶ φλεγμονὰς τῶν αἰδοιητηρίων, ἔτι δὲ τὰς ἐντὸς κακότητας, recte operosissimum Fischerum dicere, bene se habere lectionem hanc, nec ordine fecisse Wolfium, τί λέγω e coniectura in textum verborum recipientem, iam alio loco notauimus.

γύναι' ἐλαφρὰ] Il. N. 61. Γυῖα δ' ἐδμήτην ἐλαφρὰ. sed γυῖα de omnibus dici membris docere potest Ernesti ad Callimach. H. in Dian. 177. p. 127. vide nos paullo post.

Ἤδη

Ἤδη κ. λ.] Similiter fere apud Homer. Il. Ω. 516. *οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον*: Ouidius autem in Metam. VIII. 528.

Puluere canitiem genitor vultusque senilis
Foedat humi fusus:

Αἱματοέντ'] valde mihi hic locus placet, elegantissimeque poeta summum pudoris verecundiaeque studium in ipsa morte indicare videtur. De hoc decori in moribundis studio plura collegerunt viri doctissimi, Cortius et Gesnerus ad Plin. Ep. IV, 11, 9. de virgine Vestali Domitiani iussu misero supplicio affecta, quaeque, *quum in illud subterraneum cubiculum demitteretur, haesissetque descendenti stola, vertit se ac recollegit.* Pariter de Olympiade, Alexandri matre, Iustinus XIV, 6, 12. memoriae prodidit: *insuper exspirans capillis et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri.* vide plura apud Rittershusium ad Oppian. Hal. II, 641. et Stanleium ad Aeschyli Agamemn. 241. et adde Lac. a Cruce ad Ouid. Met. XIII, 479.

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas
Cum caderet, castique decus seruare pudoris.

quibus tantummodo duo loca addemus: vnum e Quinto Calabro, qui I, 620. de Penthesilea vulnerata inquit:

Εὐκαλέως ἐρίπτασε κατ' ἔδεος· οὐδέ οἱ αἰδὼς
Ἤχυνεν δέμας· ἠὺ: τάδη δ' ἐπὶ νηδύα μαχρὴν:

alterum e recentiori poeta, (nam quid imitemur eorum siue morositatem, siue stultam ignorantiam, qui vetera tantum legunt, recentiora, eaque fortasse non deteriora, spernunt et negligunt?) Ita igitur La Fontaine:

Elle tombe, & tombant range ses vêtemens,
Dernier trait de pudeur, même au dernier moment.

Denique erudite obseruauit magnus Casaubonus ad Sueton. Neron. c. 49. qui carnificis manu puniendi

fuerint, quique aliqua necessitate coacti se interemerint, in scrobibus praeparatis saepe solitos sedere, vt post vulnus acceptum casus ἀσχήμων euitaretur.

φίλοις] hoc verbum cum hoc, tum aliis locis nihil significat aliud, quam *suis*. vide omnino Dan. Heinsium in Lect. Theocr. cap. V. vbi dicit φιλὸν et ἐμὸν siue ἴδιον esse saepe παραλληλα, atque praeter alia addit: *cuius rei ignoratione saepe in Homero peccatum est.* Vere profecto. vt Il. T. 412. ἵνως φίλον ὤλεσε θυμόν. Φ. 201. ἐπεὶ φίλον ἦτορ ἀπηύρα. 389. ἐγέλασσε δὲ οἱ φίλον ἦτορ. 425. λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ. 562. ἀλλά τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός. et sic saepissime. in quibus omnibus locis vulgares interpretes stulte scripserunt: *charum cor*. quod quid esset, ne ipsi quidem intelligere potuerunt. Neque probo verba Scholiastae Homeri, qui ad Il. Γ. 31. κατεπλήγη φίλον ἦτορ notat: τὴν προσφιλεστάτην αὐτοῦ ψυχήν. et ad Ε, 250. μήπως φίλον ἦτορ ὀλέσσης scribit: τὴν προσφιλεστάτην ψυχήν. Vtroque loco reddenda haec vox est per *suus*. confer Steph. Berglerum in Actis Erud. Lipsiens. a. 1719. p. 501. Scherpezeelium ad Il. A. 569. et 351. Dorvillium ad Chariton. p. 101. Tollere simul iuuat grauem errorem, qui in Thes. Muratoriano obsidet inscriptionem p. 601. ΟΙΚΟΣ ΨΙΛΟΣ ΟΙΚΟΣ ΑΡΙΣΤΟΣ. memini apud Aesopum, fab. 105. p. 84. ed. Heusing. esse: τῆς δὲ (χελώνης) εἰπούσης, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Illud verbum etiam in hoc titulo scribendum vertendumque est: domus propria, domus optima.

Κιτχρὰ κ. λ.] Vncis haec includimus, secuti Steph. et Winterton.

νεμεσητὸν] vid. Dorvillium ad Chariton. p. 616. et Ant. Fr. Gorium ad Donii Inscript. p. 15. Scholiast. Homeri Il. Γ. 410. κεῖσε δ' ἐγὼν οὐκ εἶμι, νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη interpretatur: μέμψεως γὰρ τοῦτο ἄξιον γενήσεται.

γυμνωθέντα] Quemadmodum γυμνὸς saepe ille dicitur, qui sine veste exteriore est, quod praeclare ostendunt Cuperus in Obs. I, 7. Perizonius ad Aelian. V. H. VI, 11. Burmannus ad Virg. Georg. I, 299. et Graevius

Graevius in Lect. Hesiod. c. 9. p. 21. ita etiam, qui sine armis est, appellatur γυμνός. Hesiod. ἔργ. 460. μηδὲ γυμνωθέντα σάκευς ὑπὸ δαιδαλέοιο ἕητσθ'. Diod. Sic. L. XIX, p. 322. γυμνὰ τὰ σώματα τῶν ἀμυνομένων ὅπλων παρεχόμενος. Il. M. 389. ἦ ῥ' ἴδε γυμνωθέντα βραχίονα. Il. 814. οὐδ' ὑπέμεινε Πάτροκλον, γυμνὸν περ ἐόντ' ἐν δηϊοτῆτι. Pausan. Messen. c. 15. ἢ γὰρ τοῦ σώματος γυμνόν τι. Herodian. II, 13. 8. γυμνάτε πρὸς ὡπλισμένους μάχεσθαι, VII, 9. 11. γυμνότητι ὅπλων καὶ ὀργάνων πολεμικῶν. Thucydides, V, 71. διὰ τὸ φοβεμένους προσέβαλλον τὰ γυμνὰ ἔκπυστον ὡς μάλιστα τῇ τοῦ ἐν δεξιᾷ παραστεταγμένου ἀσπίδι. III, 23. ἐτόξευον καὶ ἐσηκόντιζον ἐς τὰ γυμνά, et IV. 10. τὰ γυμνὰ πρὸς τοὺς πολεμίους δοὺς ἀπῆγε τὴν στρατιάν quanquam horum exemplorum videtur eadem ratio esse, quae formulae: *tergo fugae nudare*, de qua vid. Heinsium et Drakenborch. ad Sil. It. XVII. 445. Sed de verbis γυμνὸς ὅπλων agit Wesseling. in diss. Herodot. p 99. atque *nudum* Latinis esse inermem interdum, notat Drakenborch. ad Liv. V, 45, 3. et Sil. It. XVI, 47. A Graecis scriptoribus γυμνοὶ καὶ ἔνοπλοι frequenter ideo coniunguntur. vid. Wesseling. ad Herodot. L. II. 141. p. 171. φευγόντων σφέων γυμνῶν ὅπλων. Posset igitur sensus loci fortasse esse hic: turpe esse, senem iacere spoliatum armis. His enim priuari cum apud alias gentes, (de quo consuli possunt Stewechius ad Veget. L. II. p. 105. Freinshemius ad Curt. IV, 13. et Io. Alstorph. in Occup. Tusc. L. II. p. 94. 96.) tum apud Lacedaemonios turpissimum iudicabatur. Horum pueri nati in clypeo ponebantur, matribus clamantibus ἢ τὸν ἢ ἐπὶ τάν· vid. Meursii Misc. Lacon. L. II, c. 1. Exstat in Anthol. L. I. p. 10. epigramma, quod rem bene illustrat:

Γυμνὸν ἰδοῦσα Λάκαινα παλίντροπον ἐν πολέμοιο
Παῖδ' ἔφη ἐς πάτρην οὐκὶ ἴσον πόδα.

eum interfecit et dixit:

Ἀλλότριον Σπάρτας, ἔπεν, γένος ἔρρε ποθ' ἅδαν,

vbi vide Brodaeum. Notum est etiam, quid Archilocho acciderit, quem eadem hora, qua aduenerat, expellebant, quoniam illum audiuerant scripsisse, praestare arma abiicere, quam mori. vid. Aristophan. in Pac. 1296. et Plutarchum in Inst. Lacon. pag. 239. Caeterum de verbo ῥιψασπὶς vid. Muretum V. L. L. IX. c. 2. Spanhemium ad Aristoph. Nub. 352. et Kusterum ad Suid. T. II. p. 325. s. v. κλεώνυμος. Atque ita etiam apud alios populos turpe fuit clypeum abiicere. De Germanis locus Taciti notus est, nec a nobis repeti debet. Quid? quod in lege Salica tit. 32. p. 71. (in Schilteri Thesauro Antiqu. Teuton. T. II.) sancitum est: *Si quis alteri imputauerit, quod scutum suum proiecisset in hoste, vel fugiendo prae timore, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.* Sed ex praecedentibus mihi fere probabilius videtur, Tyrtaei hunc locum explicandum esse de sene, nudo corpore iacente, et spoliato vestibus.

κἰοῦσι] Hic duo notanda sunt: primum totum hunc locum expressum videri ex Il. X. 71.

νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικε
Ἀρηϊ κταμένῳ δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χαλκῷ
Κεῖσθαι· πάντα δὲ καλὰ θανόντι περ, ὅττι φανείη·
Ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον
Αἰδῶτ' αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος,
Τοῦτο δὴ οἰκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι·

vnde fortasse etiam sensus huius loci constitui potest: hoc enim erat alterum. Locus est subobscurus et vere dicit Taylorus, interpretem hic vadimonium deseruisse et ex Graecis non sane ardentissimis Latina frigida fecisse. Quis enim capiat haec?

Omnia persimilis iuueni, commune magno,
Vt pubertatis flos sibi detur, agit.

id.

Ille

Ille oculis hominum gratus, dum vivit, habetur,
Strenuus at primis caesus in agminibus.

aut illa: *iuuenes autem prorsus decet, vt pubertatis flos sit eis pulcher*; aut denique haec, quae Wintertonius dedit: *iuuenibus autem in omnibus similis est, et pulchrum pubertatis florem habet.* Olli ineptos versus repetere taedet. Miror neminem vidisse, loci verum sensum esse hunc: in iuuenibus, donec florem aetatis habent (in Graeco est mutatio numeri, vt saepe) omnia commode conspici ab aliis possunt: iuuenis et viuens viris mulieribusque amabilis visu, et in prima acie cadens pulcher est. Ita neque opus est cum Scaligero emendare: Ἀνδράσι ἐν θνητοῖσιν modo post ἰδεῖν maius distinctionis signum deleas et cum sequentibus iungas legasque τε pro δε. Ceterum video Melanchth. legisse: πᾶν.

ἄνθος ἥβης] Vide iterum similes Theognidis versus v. 1001.

Ὄφρα τις ἥβης
Ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ.

Non raro poetae vtriusque linguae verba a floribus, hortis, plantis etc. sumta transtulerunt ad iuuentutis tempora indicanda, comparantque lubenter cum floribus primam vitae aetatem. Lubet, priusquam alia exempla addamus, aliquot carmina ex Anthologia inedita hic proponere. Incerti poetae est carmen primum:

Ἐσβέδη Νίκανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροὸς
Ἄνθος, καὶ χαρίτων λοιπὸν ἔτ' ἐσθ' ὄνομα
Οὐ πρὶν ἐν ἀθανάτοις ἐνομίζομεν· ἀλλὰ φρονεῖτε
Μηδὲν ὑπὲρ θνητοὺς, ὦ νέοι — —

Initium epigrammatis illustrari potest alio Simonidis iunioris in Anthol. p. 396.

Ἐσβέδης, γηραιὲ Σοφοκλέες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν Βάκχᾳ βότρυν ἐρεπτόμενος,

de quo vid. Barnes. in vit. Anacreontis p. 75. Anacreon a serpente fixus ait c. 7. Κρυδὶη δὲ ἐνὸς ἄχρις Ἀνέβαινε, κἠν ἀπέσβην. Theocrit. IV, 39. ὅσαν, αἴγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβας. Scholiast. ἤγγιν ἀπέθανες. Vltimum versum plenum adscribere nolui. Est enim in codice corruptissimus ἐνὶ τρύχες. nolui frustra hariolari. emendatiores chartae vnice nos hic iuuare possunt. Alterius epigrammatis auctor etiam ἄδηλος est: ipsum vero non illepidum.

Εἰ τίνα που παίδων ἐρεπτώτερον ἄνθος ἔχοντα
Εἶδες, ἀδιξάκτως εἶδες Ἀπολλόδοτον.
Εἰ δ' ἐσιδὼν, ὦ ξεῖνε, πυριφλέκτοισι πόθοισι
Οὐκ ἐδάμης, πάντως ἢ θεὸς, ἢ λίθος εἶ.
Μάγνης Ἡρακλειος ἐμοὶ πόθος, ὄφρα σίδηρον
Πέτρῳ, πνεῦμα δ' ἐμὸν κάλλει, ἐφελκόμενος.

Sola interpungendi ratione mutata perspicuum hoc carmen et planum nobis reddidisse videmur. Ἀδιξάκτως, est: procul dubio: certe: quanquam non memini, me verbum hoc apud antiquissimos scriptores inuenire. Tertium, quod addere volo, carmen Rhianus composuit:

Οἱ παῖδες λαβύρινθος ἀνέξοδος. ἢ γὰρ ἂν ὅμμα
Ῥίψω; ἴξω τοῦτο προσαμπέχεται.
Τῇ μὲν γὰρ Θεόδωρος ἄγει ποτὶ πίονα σαρκὸς
Ἀκμὴν, καὶ γοίων ἄνθος ἀκηρέσιον,
Τῇδε Φιλοκλῆος χρύσεον ξέδος, ὃς τὸ καθ' ὕψος,
Οὐ μέγας, οὐρανίῃ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.
Ἢν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω τρέψῃς δέμας, οὐκέτι γυῖα
Κινήσεις, ἀλλήτῳ δ' ὡς ἀδάμαντι μενεῖς
Ἴχνεα κοσμηθείς· τῶν σέλας ὄμμασιν αἴθει
Κῆρος καὶ νεάτους ἐκ κορυφῆς ὄνυχας.

Χαίρετε,

Χαίρετε, καλοὶ παῖδες, ἐς ἀκμαίην δὲ μολεῖτε
Ἥβην, καὶ λευκὴν ἀμφιέσασθε κόμην.

Carmen sane dulce est et venustum, vt multa alia quae Anthologia Graeca continet. Sed primum distichon corruptum est. Conieci: εἰ γ. α. ὁ. βίψω, ὡς ἐξῇ τ. π. Certe ἐξὸς est viscum, et videtur bene haec comparatio locum habere. illud βίψωσ potes etiam aliter mutare. Sed nos tantum consuluimus sensui. v. 8. legendum est procul dubio ἀλύτῳ firmissimis veluti vinculis constrictus: ad illustrandam formulam etiam facit, qui commode in mentem venit, locus Callimachi H. in Lav. Pall. 83.

Ἑσάθη δ' ἀΦθογγος· ἐκόλλασαν γὰρ ἀοιδαί
Γώνατα, καὶ Φωνὰν ἔσχεν ἀμηχανίη.

reliqua ipse muta v. 10. aliquid deesse facile patet. Puto emendandum esse: κῆρ πανοὺς κ. λ. In Anthol. VII, 586. ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλος. Haec hactenus. Iam pater Homerus Il. Σ. 57. ὃ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος, τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα Φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς. Ni 484. Καὶ δ' ἔχεν ἥβης ἄνθος. Pulchre Pindarus Ol. I. 118. Πρὸς ἐυάνθεμον δ' ὅτε Φυὰν λάχυσ' νιν μέλαν γένειον ἔρεφον· et Pyth. IV. σὺν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει. Simonides pag. 319. ed. Steph. Ἀνηκτῶν δ' ὄΦρα τις ἄνθος ἔχει πολιήρατον ἥβης. Anacreon 34. ὅτι σοι πάρεστιν Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας. Theocrit. Id. XIV, 70. Ποιεῖν τι δεῖ, ὅις γόνυ χλωρόν, quod recte Schol. explicat: ἀντὶ τοῦ, ἕως ἀκμάζομεν. de quo loco vid. Valkenarium in epist. praefixa Vrsini Virgilio compar. pag. 24. vt Horat. Ep. XIII, 4. *damque virent genua.* Nam etiam Latini hac parte Graecos imitantur. Ouid. Trist. III, 1, 7. *quod viridi quondam male lusit in aeuo.* Art. III, 557. *viridemque inuentam vt capias.* Met. IX, 435. *Perpetuum suci florem Rhodamantus haberet* et sic ille saepius. Sil. It. V, 415. *properoque virentes Delerat leto annos.* Stat. Theb. IV, 274. *viridique genus spectabile aeuo.* Petron. c. 30. *vt traduceres annos primo florentes vigore.* vide, plura qui dabunt, Drakenboreh. ad Sil. It. I, 187. 376. XVI.

406. Salmasium ad Solin. p. 364. Heinsium ad Petron. c. 17. p. 83. et Bourdelot. ad eund. c. 139. p. 853. Burman. ad Valer. Flac. I, 77. Io. Heskin ad Bion. pag. 39. Eleganter Thucydides IV, 133. ἐπαφὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους μάχῃ ὅτι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολώλει· omnis ipsorum iuuentutis flos: quo sensu etiam Latini hoc verbum ponunt. Liuius VIII, 8. *haec prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat.* vid. Drakenborch. ad XXVII, 35. 7. et VIII, 28, 3. Hemsterhusium ad Lucian. Tim. c. 55. et Abresch. in Diluc. Thucyd. p. 489. Pindarus sic non semel, vt: Nem. VIII, 15. ἡρώων ἄωτον. et Pyth. IV, 355. κατέβα ναυτῶν ἄωτος. Theocrit. de Argonaut. XIII. 27. θεῖος ἄωτος ἡρώων. Ni fallor, poeta apud Athenaeum L. III. p. 99. τοὺς ἐφήβους ἔφη τοῦ δήμου vocauit. vid. Valkenar. ad Herodot. VIII. p. 580. Contra καλάμη dicitur de corpore senili, Odyss. ξ. 214. Ἀλλ' ἔμπης καλάμην γέ σ' οἴομαι ἐκτορόωντα. Γεωσκεῖν quod recte Schol. explicare per τὸ γῆρας, et πρεσβυτικὸν σῶμα, puto cum eruditiss. Schultensio ad Iob. T. I. p. 164. qui existimat docte, allusum a poeta ad culmum iam maturum falci. Idem eleganter T. II. p. 802. notat, ὄπωρα transferri ad maturitatem iuuenilem. Sic certe Pindarus Isthm. B. ὅς τις ἐὼν καλὸς ἔχει Ἀφροδίτας ἐνθρόνα μαλερὰν ἀδῖσαν ὀπώραν· et Nem. I. ῥύπᾳ γένυς φαίνεν τέρεναν ματρὸς οἰνάνθας ὀπώραν. Memini in Anthol. III, p. 372. legi Ἄδης μὲν σύλησεν ἐμῆς νεοτῆτος ὀπώρην. Cum iis, quae de verbo καλάμη diximus, confer duo carmina, antea nondum edita, quae codex Anthologiae Graecae Lipsiensis habet. Primi auctor est Asclepiades:

Νῦν αἰτεῖς, ὅτε λεπτὸς ὑπὸ κροτάφοισιν ἴουλος
Ἕρπει καὶ μηροῖς ὀξὺς ἔπεσι χνόος.
Ἔπρεπε λέγειν, ἡδιον ἐμοὶ τόδε· καὶ τίς αὖ εἶπεν
Κρείσσονας ἀυχμηρὰς ἀσαχύων καλάμας.

In I. v. vitiose scriptum erat alterum verbum: αἰθεῖς. in v. 3. verbum ἔπρεπε indignantibus proprium esse notum est: vid. Casaubonum ad Athenae. p. 555. Simile est carmen

carmen in Anthol. VII. p. 627. Νῦν μοι χαῖρε λέγων — finis est: Ἀντὶ ῥόδε γὰρ ἐγὼ τὴν βατὸν οὐ δέχομαι. nempe καλαύμη sumitur pro ἀκμῇ ἡλικίᾳ, aetate effoeta, vt docet Scholiast. ad Odyss. Ξ, 214. et Ienius in Lection. Lucian. II, 18. p. 258. ad Pseudomant. p. 861. vbi dicitur, Alexandrum Pseudom. adolescentulum fuisse venustissimum, ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆς καλαύμας τεκμαίρεσθαι. vt licebat coniicere e senili corpore. Alterius carminis auctor ignoratur.

Σῶόν μοι Πολέμωνα μολεῖν, ὅτ' ἔπεμπον, Ἀπόλλον
Ἠτεέμην, θυσίην ὄρνιν ὑποσχόμενος.
Ἦλθε δέ μοι Πολέμων λάσιος γένυν· ἠμά σε Φοῖβε
Ἦλθέ δέ μοι, πικρῶ δ' ἐξέφυγεν δὲ τάχει.
Οὐκ ἔτι σοι θύω τὸν ἀλέκτορα. μὴ με σοφίζε
Κωφὴν δὴ σαχύων ἀντιδιδοὺς καλάμην.

Primum distichon iam dedit Dorvillius in Vann. Critic. p. 149. vbi docet ὄρνιθος nomine saepe appellari gallum. In 3. et 4. versu fateor mihi non placere repetitionem nimiam particulae. In vlt. v. non probo lectionem marginis: κάφην. nam κωφὸς exquisitius dictum videtur, vt in Il. Λ. 390. Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀναλκιδος. et proprie κωφὸς de aristis, quibus nihil bonae frugis inest. v. 5. σοφίζεσθαι, est callide, fraudulenter decipere, circumuenire. vid. P. Fabrum in Agonist. L. I. c. 15. Alius carminis simile est argumentum, quod huius epigrammatis illustrandi causa addo:

Σεῖς ἴκελον προὔπεμπον ἐγὼ Πολεμῶνα παρεσσῖς
Ἣν ἔλθῃ θύσειν ὄρνιν ὑποσχόμενος
Ὃν δέχομαι φθονεροῖς, Παιᾶν, φρίσσουτας γενειοῖς
Οὐ τέτυ πλήμων ἔπτηκεν ἐυζάμενος,

Οὐδὲ

Οὐδὲ μάτην τίλεσθαι ἀνάστιον ὄρνιν ἔοικεν
Ἢ σὺν τιλέσθω, Δήλιε, καὶ Πολέμων.

v. 1. Σαΐς — παρειαῖς] Apollo imberbis esse credebatur fingebaturque, vnde illi etiam prima barba consecrabatur. v. Martial. I, 32. IX, 17. confer Barthium ad Stat. T. II. p. 244. in Anthol. I. p. 84. Apollinem: Ἄβροτον, ἀγλαόμορφον, ἀκερασεκόμην, ἀβροχαίτην, poeta vocat.

v. 2. de gallo diis sacro vide quae dicit Brodaeus ad Anthol. I. p. 125. inprimis vero ille Apollini consecratus erat. causam dare videtur Pausanias IV. p. 444. ἡλίου δὲ ἱερὸν φασὶν εἶναι, τὸν ὄρνιθα καὶ ἀγχέλειαν ἀνιένας μέλλοντος τοῦ ἡλίου. vid. interpretes ad Diogenem Laert. VIII, 34. et Schefferum de natura et constit. philos. Italicae. c. 14. p. 148. Tres anni tempestates coniunxit Strato in epigrammate, iam alio tempore a nobis edito:

Νῦν ἔαρ ἐσ, μετόπωρα θέρος καὶ χεῖμα τὶ μέλλεις
Κύριε βουλεύσαι; καὶ καλάμη γὰρ ἔσῃ.

Ἀλλά τις] non, vt vulgo fit, interpretaberis; *aliquis*, *quidam*, sed *vos*, aut *quisque*. saepe enim refertur hoc verbum ad eos, de quibus ante actum est, vel quos adloquimur. Sic v. c. Il. B. 39. Ἀλλά τις ἐγγὺς ἰὼν κ. λ. reddendum est: Vos igitur propius accedite. Eustathius ad Il. B. p. 452. ed Polit. scribit: ὅτι δὲ τὸ τινὰ καὶ ὅλως τὸ τὶς ἔστιν ὅτε τῇ κατ' αὐτὸ ἀορίστῳ ἰσοδυναμεῖ πρὸς τὸ ἕκαστος, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Αἴαντι, τίν' ἦθη κράτα καλλίμμαστ' ἀκαλυψάμενον καὶ ἐξῆς. Δηλοῖ γὰρ, ὡς καιρὸς ἐστιν, ἕκαστον τῶν Σαλαμινίων λαβόντα φυγεῖν. Idem inquit ad Odyss. Γ. p. 123. τὸ τὶς πολλάκις — δηλοῖ — πάντως ληφθὲν αὐτὶ τοῦ ἐς ἕκαστος· οὕτως παρὰ Σοφοκλεῖ λέγουσιν ὁ χορὸς ὡς Σαλαμίνιος· ὡς νῦν καιρός, τίνι, ποίᾳ κλοπῇς ὁρέσθαι. vide etiam Dukerum ad Thucyd. V, 14. 42. Abresch. in Dilucc. Thucyd. p. 574. et Valkenar. ad Herodot. L. VIII. sect. p. 671. καί τις οὐκὶν ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνασσῶς ἐχέτω. *et unusquisque reficiat aedes suas curetque sementem fieri.*

ἐῦ διαβὰς] Cl. Erneſti ad H. M. 458. interpretatur: *magno gradu obtineat locum ſuum.* Sed vide inprimis Salmaſium ad Solin. p. 663. qui exponit de milite, qui gradum componit ad pugnandum et excipiendum aduerſarii impetum altero pede protenſo, quibuscum conueniunt, quae habet Caſaubonus ad Ariſtoph. Equ. 77. et ad Theophraſti Characteres, περ. ἀδολεσχ. p. 135. vbi dicit, qui cruribus apertis ſtent, quique parent ſe ad hoſtilem impetum excipiendum, proprie dici διαβαίνειν. Occurrere memini hanc dicendi rationem apud Apollonium Rhod. III, 1293. αὐτὰρ ὁ τόσσον Ἓν διαβὰς ἑκόντας — μίμνεν confer I, 1199. et Aelianum V. H. IV, 16. ὁ δὲ ἐῦ διαβὰς ἐν τῇ τάξει καὶ ἐγκρατῶς στηριόμενος ἐκπὴδα. interpr. *ipſa quum bene et firmiter in ſtatione ſua perſtitiſſet, coronatus abiit.* Faciunt ad illuſtrationem formulae etiam notata ab Euſtathio ad Il. Γ. p. 818. Τὸ δὲ μακρὸν βαβῶντα, ἤτοι βαίνοντα, ἔοικέ πως πρὸς τὸ διαβαίνειν ὃ καὶ πρὸ ὀλίγου κεῖται ἐν τῷ· Ἓν διαβὰς ἦγεν διωκήσας τε σκίλην καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἐν τῷ, τοσόνδε δ' ἀυτοῦ βῆμα διαβεβηκότος. Caeterum conſule virum doctum in Obſerv. Miſcellan. Belgicis, Vol. I. T. I. pag. 127. vbi praeter alia iure reprehendit, qui hic et infra vertant *progreſſus*, cum poeta ad ſtatum pugnantis reſpiciat, et conſule ſimul Weſſelingium ad Diod. Sic. L. I. p. 111. qui σκίλη διαβεβηκότα explicat diuaricata diduſtaque.

στηριχθεὶς] vid. Lamb. Boſium in Exerc. in N. T. ad Rom. I, 11. quem iam laudatum video ab Erneſtio ad Il. Φ. 241. οὐδὲ πόδεσσιν ἔῃσι στηρίξασθαι. Theocrit. XV, 66. ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ βεβαικὼς τολμασῖς ἑκόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν. quem locum idem vir eruditus in Obſ. Miſc. iam attulit. Confer loca Homeri, Il. N. 56. Αὐτοῦ ἐπάμυναν κρατερῶς καὶ ἀνώγειμεν ἄλλους. Λ. 409. ὅς δὲ κ' ἀμύνεσθαι μάχῃ ἔνι, τόνδε μάλα χρεὼ ἐπάμυναν κρατερῶς. In Anthol. III. p. 297. Lacedaemonii dicunt: ἔπαν ποδὸς ἴχνια πρῶτον Ἀρμόσαμεν, ταῦτα καὶ λίπομεν βιατὰν. Polyb. XV, 15. pag. 978. ἐν ταύταις ταῖς μάχαις ἀναπεθνηκότων τῶν ἀνδρῶν διὰ φιλοτιμίαν. confer I, pag. 49. et 65. atque II. pag. 164. Lyſ. in Orat. p. 47. Δακεδαιμόνιοι δὲ — ἐκ ἡττηθέντες τῶν ἐναντίων ἀλλ' ἀποθανόντες,

θανόντες, ὅπερ ἐτάχθησαν μάχεσθαι. Iustin. L. IX, 3. de Athenienſibus: *Non tamen immemores priſtinae gloriae cecidere, quippe aduerſis vulneribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* Non poſſum non, quoniam ſimilitudinem aliquam habet, addere verſum Orphei Argon. 254.

ἐρείσαντε δ' ἴχνια γαίῃ,

Ταρσοῖσιν ποδὸς ἄκρον ὑπερβλήδην τανύσαντες.

quo loco Geſnerus dicit ab ipſo Homero nihil perfectius factum eſſe.

χεῖλος ὀδάξασι δακών] pulchra pictura militis, qui labia mordet, ſiue, vt minus ſentiat dolores e vulneribus percipiendos, ſiue, vt terribilior ſit hoſtibus. Apud Eurip. Bacch. 620. eſt: Θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτι σώματος σάζων ἄπο χείλεσιν δ' ὀδόντας. vide Steph. Berglerum ad Ariſtoph. Veſp. 1078. de pugna: Ἐνθέως γὰρ ἐνθρασύνονται ξὺν δουρὶ, ξὺν αἰσπίδι, ἁμαχόμενοι δ' αὐτοῖσι, θυμὸν ὀξύνην πεπωκότες, πᾶς (alii malunt σὰς) ἀνὴρ παρ' ἀνδρὶ ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐδίων vbi Scholiaſt. οἱ γὰρ ὀργιζόμενοι ἐνδάκνυσι τὰ χείλη. Alia ratio eſt Odyſſ. Λ. 381. οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φῦντες Τηλέμαχον θαύμαζον, vbi Euſtathius notat: ὅπερ ἐπὶ σχῆμα θάμβους καὶ ἀπορίας. Alias iratos milites dentibus frendentes nobis pingunt ſcriptores. Il. T. 365. de Achille: τῷ καὶ ὀδόντων μὲν πανάχῃ πέλε. Virg. X, 715.

Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes
Dentibus infrendens.

et VIII, 230.

Huc ora ferebat et illuc
Dentibus infrendens.

Ammianus Marcell. L. XVI. c. 12. *nec finiri poteſſi quae dicebantur, ſtridore dentium infrendentes ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes in hoſtem ſe duci iam conſpicuum exorabant.*

B.

Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐσέ,
Θαρσεῖτ', οὔπω Ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.
Μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,
Ἰθὺς δ' εἰς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω,
Ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
Αὐγαῖσιν κῆρας ἠελίοιο φίλας.

ἴσε γὰρ ὡς Ἄρεος πολυδακρύτου ἔργ' ἀρίδηλα,
Ἓυ δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου.
Καὶ μετὰ Φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,
Ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε.
Οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι παρ' ἀλλήλοισι μένοντες
Ἐς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἰέναι,
Παυρότεροι θνήσκουσι, σάουσι δὲ λαὸν ὀπίσσω,
Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.
Οὐδεὶς ἂν ποτε ταῦτα λέγων ἐξύσειεν ἕκαστα,
Ὅσσ', ἂν αἰσχρὰ πάθῃ, γίνεται ἀνδρὶ κακά.
Ἀργαλέον γὰρ ὄπισθε μεταφρενοῦ ἐσι δαΐζειν
Ἀνδρὸς Φεύγοντος δηΐῳ ἐν πολέμῳ.
Αἰσχρὸς δ' ἔσι νέκυς κατακείμενος ἐν κονίῃσι
Νῶτον ὄπισθ' αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.
Ἀλλά τις ἓξ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
στιβαρῶς,
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χείλεος ὀδοῦσι δακὼν,
Μήρους τε κνήμας τε κάτω καὶ στέρνα καὶ ὤμους
Ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος.
Δεξιτερῇ δ' ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος,
Κινείτω δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.

Ἔρδων

Ἔρδων δ' ὄβριμα ἔργα, διδασκέσθω πολεμίζειν,
Μηδ' ἐκτὸς βελέων ἑσάτω ἀσπίδ' ἔχων.
Ἀλλά τις ἐγγὺς ἰὼν αὐτοσχεδὸν ἔγχει μακρῷ
Ἢ ξίφει ὀυτάζων δήιον ἄνδρ' ἑλέτω.
Καὶ πόδα παρ' ποδὶ θεὶς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας,
Ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ καὶ κυνέην κυνέῃ,
Καὶ στέρνον στέρνῳ πεπαλαιμένος ἀνδρὶ μαχέσθω,
Ἢ ξίφεος κώπην, ἢ δόρυ μακρὸν ἑλών.
Ὑμεῖς δ' ὦ γυμνῆτες ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος
Πτώσσοντες, μεγάλοις σφάλλετε χερμαδίοις,
Δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοὺς
Τοῖσι πανοπλίοις πλησίον ἱσάμενοι.

COMMENTARIVS.

Descripsimus hanc elegiam e Stobaeo, Serm. XLVIII, p. 352. (ed. Gesn. a. 1559.) Edita quoque est a Stephano l. c. et in Id. p. 22. Hertelio Wintert. p. 439. Lectioque.

Ἀλλ'] Potest haec elegia initio truncata, potest etiam integra esse. Ἀλλὰ enim pro ἄγε, ἄγε δή poni docet Vigerus de Idiot. C. VIII. S. I. 1. 12. ibique Hoogeveen, idemque Vigerus monet ib. 5. Dionem Chrysostom. Orat. XII. ἀλλ' ἤ ordiri. de ἀλλὰ γάρ vid. Zach. Pearcium in emend. Longini p. 18. ed. mai.

ἰνυικήτου] in marg. ἀνίκητον, vt etiam Of. Steph. Wint. Hert. Frob. habent. Sed recepta lectio procul dubio vera eſt. Nam Hercules INVICTVS non ſemel in antiquis monimentis appellatur. quod nomen etiam aliis diis deabusque tribuitur: vt Dianae, in Reineſii Inſcript. pag. 177. Apollini, apud Gruterum, p. 38. 5. Soli, ib. p. 33. n. 9. et 6. Marti, p. 58. Veneri, p. 59. n. 9. aliisque vid. ad Muſeum Florentinum Gorium. in T. III. p. 12. et 57. confer tab. VI. Sed Hercules, vt in propoſito maneamus, INVICTVS audit multis in locis. vt in lapide apud Reineſium Cl. I. 64. p. 107. SANCTISSIMO HERCVLI TVR. INVICTO SACRVM. vid. etiam Sponii Miſcell. p. 50. Muratorii Inſcript. p. 63. Boiſſardum in opere claro P. III. p. 103. Gruteri Inſcript. p. 46. 11. 12. p. 1017. 7. Begeri Theſaurum Brandenb. T. I. p. 54. T. II. p. 750. Donii Inſcript. I, 100. Vulpii Lat. Profan. T. III. p. 96. et 155. Gorium ad numiſmata Florentina Vol. 2, 25. Multa quoque exempla dat Brouckhuſius ad Propert. I, 21, 13. *At comes* inuicti *iuuenis* erit. Illud monimentum, quod modo apud Boiſſardum exſtare diximus, repetitur etiam a Montefalconio in Antiqu. Expl. T. I. P. II. t. 134. Hercules, qui laeua manu clauae innititur, ibi ſedet: vicinae arbori adhaeret corona, quae tot monſtrorum domitori debetur, quatuorque anguli totidem clauas exhibent: titulus eſt:

HERCVLI INVICTO
C. IVNIVS POMPONIVS
PVDENS SEVERIANVS
V. C.
PRAEF. VRBI.

Pari ſenſu idem inuictus Hercules etiam *Victor* appellatur. vid. Muſei Florentin. T. I. tab. 34-39. et Gorium in obſeruat. p. 74-86. et adde p. 117. et Vol. II. tab. I. 3. XII. 1. Quodſi vero ipſam inuicti herois formam intueri velis, euolues adſpiciesque Io. Epiſcopii Signorum veter. Icon. ſemicent. I. tab. VIII. Mich. Angeli Cauſſei de la Chauſſe Muſeum Romanum.

num. T. I. t. 49. *Recueil des pierres gravées du cabinet du Roy, chez P. J. Mariette*, T. II. t. 83. et librum egregium: *Polymetis or an Enquiry concerning the Agrement, between the Works of de Roman Poets. by Spence.* (*Lond.* 1747.) pag. 115. Nec sine fructu consules Brissonium de Form. I, 83. Heinsium ad Ouidii Fastor. I, 563. atque Broukhus. ad Propert. IV, 9, 20. Valetne fortasse quidquam ad lectionem stabiliendam, quod in Anthol. I. p. 10. ii, qui cum Leonida occisi sunt, vocantur ἀνικήτου δῆμος ἑταιρίας? Sed clarissime receptam lectionem ἀνικήτου firmat Plutarchus (ὑπὲρ εὐγενείας.) qui hunc versum respiciens scripsit: Ὁ δὲ Τυρταῖος τοὺς αὑτοῦ στρατιώτας εἰς πόλεμον παρακαλούμενος γενεὰς Ἡρακλείους ἀνικήτου φησὶν αὐτός. p. 180. S. 2. Editum vero est hoc fragmentum Plutarchi a Io. Christoph. Wolfio in Anecdotis Graec. T. IV. Sed quod obiter moneo, doleo profecto Wolfium in isto opere adornando tam parum sese Criticum ostendisse. Certe quisque librorum, quos ibi edidit, magna errorum copia oppressus fere est, et Criticorum opem exspectat. Ne haec frustra dixisse videar, eminentiores tantum quosdam errores indicabo, e Photii libris contra Manichaeos qui in Vol. I. apparent, tollendos. In L. I. p. 55. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ πλάσεως πάσης μὲν ἀφθαρσίας, πάσης δὲ ἐμπαθείας. Cuique credo patebit, legendum esse: ἀπαθαρσίας. p. 70. μεθ' ὃν καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος — συφὸν λίθων τὸ πτῶμα ἐργάσαντο. nonne post λιθ. verbum ἐπὶ addendum est? p. 88. ἥτις αὐτῷ πρᾶξις — καὶ τὸ μιαρὸν αὐτὶ ποιμένος ἐπώνυμον τοῖς ποδοῖς περιεποιήσατο. immo potius περιεπ. p. 93. ἐν ᾗ παροικήσας καὶ πάσας τῶν δεκνύοντων λαβόμενος. ridicule. δυομένων scribi debet. p. 112. πολλαὶς γὰρ ὁ πλάνος πόλεις περιῆλθεν καὶ χώρας, ἔθνῶν, ἐπαρχιῶν, καὶ παγίδευσε, φησὶ, τῶν ἀπλουστέρων ἴσως ψυχάς. quis hoc intelligit? at legere debes: τὰς τῶν ἁπλ. δι' ἧς βλάβης ψυχάς. Ib. οὐκ ὀλίγον ἐρώμενον — κατεβάλετο. immo rectius legi debet κατελάβετο. Saepius haec verba permutata sunt a librariis, vid. Wesseling. ad Diod. Sic. T. II. p. 70. et 120. p. 130. χρόνον τινὰ

406. Salmaſium ad Solin. p. 364. Heinſium ad Petron. c. 17. p. 83. et Bourdelot. ad eund. c. 139. p. 853. Burman. ad Valer. Flac. I, 77. Io. Heskin ad Bion. pag. 39. Eleganter Thucydides IV, 133. ἐπαφὴ καὶ ἐν τῷ πρὸς Ἀθηναίους μάχῃ ὅτε ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολώλει· omnis ipſorum iuuentutis flos: quo ſenſu etiam Latini hoc verbum ponunt. Liuius VIII, 8. *haec prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat.* vid. Drakenborch. ad XXVII, 35. 7. et VIII, 28, 3. Hemſterhuſium ad Lucian. Tim. c. 55. et Abreſch. in Diluc. Thucyd. p. 489. Pindarus ſic non ſemel, vt: Nem. VIII, 15. ἡρώων ἄωτοι. et Pyth. IV, 355. κατέβα ναυτῶν ἄωτος. Theocrit. de Argonaut. XIII. 27. θεῖος ἄωτος ἡρώων. Ni fallor, poeta apud Athenaeum L. III. p. 99. τοὺς ἐφήβους ἔφη τοῦ δήμου vocauit. vid. Valkenar. ad Herodot. VIII. p. 580. Contra καλάμη dicitur de corpore ſenili, Odyſſ. ξ. 214. Αὐτὰρ ἔμπης καλάμην γε καὶ οἰόμαι ἐκτροφόωντα Γωώσκειν· quod recte Schol. explicare per τὸ γῆρας et πρεσβυτικὸν σῶμα, puto cum eruditiſſ. Schultenſio ad Iob. T. I. p. 164. qui exiſtimat docte, alluſum a poeta ad culmum iam maturum falci. Idem eleganter T. II. p. 802. notat, ὤπωρα transferri ad maturitatem iuuenilem. Sic certe Pindarus Iſthm. B. ὅς τις ἐὼν καλὸς ἔχει Ἀφροδίτας ἐυθρόνᾳ μενάετειραν ἀδῖσαν ὀπώραν· et Nem. E. ῥίπτω γένυς φαΐνεν τέρενναν μετὲξ οἰνάνθας ὀπώρᾳν. Memini in Anthol. III, p. 372. legi Ἄδης μὲν σύληεν ἐμῆς νεοτῆτος ὀπώρην. Cum iis, quae de verbo καλάμη diximus, conſer duo carmina, antea nondum edita, quae codex Anthologiae Graecae Lipſienſis habet. Primi auctor eſt Aſclepiades:

Νῦν αἰτεῖς, ὅτε λεπτὸς ὑπὸ πρωτοφόροισιν ἴουλος
Ἕρπει καὶ μηροῖς ὀξὺς ἕπεσι χνόος.
Ἔστω λέγεις, ἤδιον ἐμοὶ τόδε· καὶ τίς οὐ εἴποι
Κρείσσονας ἀυχμηρὰς ἀσαχύων καλάμας.

In 1. v. vitioſe ſcriptum erat alterum verbum: αἰθεῖς. in v. 3. verbum ἔστω indignantibus proprium eſſe notum eſt. vid. Caſaubonum ad Athenae. p. 555. Simile eſt carmen

carmen in Anthol. VII. p. 627. Νῦν μοι χάρις λέγειν — finis est: Ἀντὶ ῥόδε γὰρ ἐγὼ τὴν βατὸν οὐ δέχομαι. nempe καλάμη sumitur pro ἀκαίρῳ ἡλικίᾳ, aetate effoeta, vt docet Scholiast. ad Odyss. Ξ, 214. et Ienius in Lection. Lucian. II, 18. p. 258. ad Pseudomant. p. 861. vbi dicitur, Alexandrum Pseudom. adolescentulum fuisse venustissimum, ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆς καλάμης τεκμαίρεσθαι. vt licebat coniicere e senili corpore. Alterius carminis auctor ignoratur.

Σῶόν μοι Πολέμωνα μολεῖν, ὅτ' ἔπεμπον, Ἀπόλλον
Ἠτέμην, θυσίην ὄρνιν ὑποσχόμενος.
Ἦλθε δέ μοι Πολέμων λάσιος γένυν· ἁ μά σε Φοῖβε
Ἦλθέ δέ μοι, πικρῶ δ' ἐξέφυγεν δὲ τάχει.
Οὐκ ἔτι σοι θύω τὸν ἀλέκτορα. μὴ με σοφίζε
Κωφὴν δὴ σαχύων ἀντιδιδοὺς καλάμην.

Primum distichon iam dedit Dorvillius in Vann. Critic. p. 149. vbi docet ὄρνιθος nomine saepe appellari gallum. In 3. et 4. versu fateor mihi non placere repetitionem nimiam particulae. In vlt. v. non probo lectionem marginis: κάφην. nam κωφὸς exquisitius dictum videtur, vt in Il. Λ. 390. Κοφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀναλκιδος. et proprie κωφὸς de aristis, quibus nihil bonae frugis inest. v. 5. σοφίζεσθαι, est callide, fraudulenter decipere, circumuenire. vid. P. Fabrum in Agonist. L. I. c. 15. Alius carminis simile est argumentum, quod huius epigrammatis illustrandi causa addo:

Σεῦς ἵκελον προὔπεμπον ἐγὼ Πολεμῶνα παρεσσῦς
Ἣν ἔλθῃ θύσειν ὄρνιν ὑποσχόμενος
Ὃν δέχομαι φθονεροῖς, Παῦσαν, φρίσσοντα γενείοις
Οὐ τῶτε τλήμων ἔφυγεν ἐυξόμενος,

Οὐδὲ

Οὐδὲ μάτην τίλεσθαι ἀναίτιον ὄρνιν ἔοικεν
Ἢ σὺν τιλέσθω, Δήλιε, καὶ Πολέμων.

v. 1. Σαῖς — παρειαῖς] Apollo imberbis esse credebatur fingebaturque, vnde illi etiam prima barba consecrabatur. v. Martial. I, 32. IX, 17. confer Barthium ad Stat. T. II. p. 244. in Anthol. I. p. 84. Apollinem: Ἄβροτον, ἀγλαόμορφον, ἀπηρασπόμην, ἀβροκόμην, poeta vocat.

v. 2. de gallo diis sacro vide quae dicit Brodaeus ad Anthol. I. p. 125. inprimis vero ille Apollini consecratus erat. causam dare videtur Pausanias IV. p. 444. ἡλίου δὲ ἱερὸν φάσιν εἶναι, τὸν ὄρνιθα καὶ ἀγχέβασιν αὐτοῦ μέλλοντος τοῦ ἡλίου. vid. interpretes ad Diogenem Laert. VIII, 34. et Schefferum. de natura et constit. philos. Italicae. c. 14. p. 148. Tres anni tempestates coniunxit Strato in epigrammate, iam alio tempore a nobis edito:

Νῦν ἔαρ ἐσ, μετέπειτα θέρος· κἄπειτα τὶ μέλλεις
Κύριε βαλεῦσαι; καὶ καλάμη γὰρ ἔσῃ.

Ἀλλά τις] non, vt vulgo fit, interpretaberis: *aliquis, quidam*, sed *vos*, aut *quisque*. saepe enim refertur hoc verbum ad eos, de quibus ante actum est, vel quos adloquimur. Sic v. c. Il. B. 39. Ἀλλά τις ἐγγὺς ἰὼν κ. λ. reddendum est: Vos igitur propius accedite. Eustathius ad Il. B. p. 452. ed Polit. scribit: ὅτι δὲ τὸ τινὰ καὶ ὅλως τὸ τὶς ἔστιν ὅτε τῇ κατ' αὐτὸ ἀοριστίᾳ ἰσοδυναμεῖ πρὸς τὸ ἕκαστος, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Ὥρᾳ, τίν' ἡδὺ κρᾶτα καλλίμμαται πελανώμασιν, καὶ ἐξῆς. Δηλαῖ γάρ, ὡς καιρὸς ἐστιν, ἕκαστον τῶν Σαλαμινίων λαθόντα φυγεῖν. Idem inquit ad Odyss. Γ. p. 123. τὸ τὶς πολλάκις — δηλοῖ — πάντως ληφθὲν ἀντὶ τοῦ ἕκαστος· οὕτως παρὰ Σοφοκλεῖ λέγουσιν ὁ χορὸς ὁ Σαλαμίνιος· ὡς νῦν καιρός, τίνι πολλὴ κλοπὴς ὑρέσθαι. vide etiam Dukerum ad Thucyd. V, 14. 42. Abresch. in Dilucc. Thucyd. p. 574. et Valkenar. ad Herodot. L. VIII. sect. p. 671. καί τις οἰκίην ἀνασπλασσάσθω καὶ σπόρου ἀναπλήσῃ ἐχέτω. *et vnusquisque reficiat aedes suas curetque sementem fieri.*

ἐῦ διαβὰς] Cl. Ernesti ad Il. M. 458. interpretatur: *magno gradu obtineat locum suum.* Sed vide inprimis Salmasium ad Solin. p. 663. qui exponit de milite, qui gradum componit ad pugnandum et excipiendum aduersarii impetum altero pede protenso, quibuscum conueniunt, quae habet Casaubonus ad Aristoph. Equ. 77. et ad Theophrasti Characteres, περ. ἀδολεσχ. p. 135. vbi dicit, qui cruribus apertis stent, quique parent se ad hostilem impetum excipiendum, proprie dici διαβαίνειν. Occurrere memini hanc dicendi rationem apud Apollonium Rhod. III, 1293. αὐτὰρ ὁ τόσσον Ἕῦ διαβὰς ἐπίοντας — μίμνεν confer I, 1199. et Aelianum V. H. IV, 16. ὁ δὲ ἐῦ διαβὰς ἐν τῇ τάξει καὶ ἐγκρατῶς στερεούμενος ἀπῆλθε. interpr. *ipse quum bene et firmiter in statione sua perstitisset, coronatus abiit.* Faciunt ad illustrationem formulae etiam notata ab Eustathio ad Il. Γ. p. 818. Τὸ δὲ μακρὰ βοῶντα, ἤτοι βαίνοντα, ἴσως πως πρὸς τὸ διαβαίνειν· ὃ καὶ ἑμάχῳ κεῖται ἐν τῷ· Ἕῦ διαβὰς ἤγειρε διασείσας τε καὶ σείλῃ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἐν τῷ, τοσόδε δ' ἀντοῦ βῆμα διαβεβηκότος. Caeterum consule virum doctum in Obseru. Miscellan. Belgicis, Vol. I. T. I. pag. 127. vbi praeter alia iure reprehendit, qui hic et infra vertant *progressus*, cum poeta ad statum pugnantis respiciat, et consule simul Wesselingium ad Diod. Sic. L. I. p. 111. qui σείλη διαβεβηκότα explicat diuaricata diductaque.

σηριχθεὶς] vid. Lamb. Bosium in Exerc. in N. T. ad Rom. I, 11. quem iam laudatum video ab Ernestio ad Il. Φ. 241. οὐδὲ πόδεσσιν ἔσχε σηρίξασθαι. Theocrit. XV, 66. ἐπ' ἀμφοτέροις δὲ βεβαικὼς τολμασσὶς ἐπίοντα μένων θρασὺν ἀσπιδιώταν. quem locum idem vir eruditus in Obs. Misc. iam attulit. Confer loca Homeri, Il. N. 56. Ἀντιθέην ἐσάμεναι κρατερῶς ἠδ' ἀνώγεμεν ἄλλους. Λ. 409. ὅς δὲ κ' ἀμείνονι μάχῃ ἔῃσι, τόνδε μάλα χρεὼ ἐσάμεναι κρατερῶς. In Anthol. III. p. 297. Lacedaemonii dicunt: ἔστιν ποδὸς ἴχνια πρῶτον Ἀρμόσασθαι, ταῦτα δὴ λέσομαι βιοτᾶν. Polyb. XV, 15. pag. 978. ἐν αὐτοῖς τοῖς χώροις ἀναποθνησκόντων τῶν ἀνδρῶν διὰ φιλοτιμίαν. confer I, pag. 49. et 65. atque II. pag. 164. Lys. in Orat. p. 47. Λακεδαιμόνιοι δὲ — ἐκ ἡττηθέντες τῶν ἐναντίων ἀλλ' ἀποθανόντες,

θανόντες, ὅπερ ἐτάχθησαν μάχεσθαι. Iustin. L. IX, 3. de Athenienſibus: *Non tamen immemores priſtinae gloriae cecidere, quippe aduerſis vulneribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* Non poſſum non, quoniam ſimilitudinem aliquam habet, addere verſum Orphei Argon. 254.

ἐρέισαντε δ' ἴχνια γαίῃ,

Ταρσοῖσιν ποδὸς ἄκρον ὑπερβλήδην τανύσαντες.

quo loco Geſnerus dicit ab ipſo Homero nihil perfectius factum eſſe.

χεῖλος ὀδὰξ δακών] pulchra pictura militis, qui labia mordet, ſiue, vt minus ſentiat dolores e vulneribus percipiendos, ſiue, vt terribilior ſit hoſtibus. Apud Eurip. Bacch. 620. eſt: Θυμὸν ἐκπνέων, ἰδρῶτα σώματος φύζων ἀπὸ χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας. vide Sreph. Bergkerum ad Ariſtoph. Veſp. 1078. de pugna: Εὐθέως γὰρ ἐνθαμόντες ξὺν δουρὶ, ξὺν ἀσπίδι, ἐμαχόμεθ' ἀντοῖσι, θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες, πᾶς (alii malunt σὰς) ἄνηρ παρ' ἄνδρ' ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐδίων vbi Scholiaſt. οἱ γὰρ ὀργιζόμενοι ἐνδάκνυσι τὰ χείλη. Alia ratio eſt Odyſſ. Λ. 381. οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φῦντες Τηλέμαχον θαύμαζον, vbi Euſtathius notat: ὅπερ ἐπὶ σχῆμα θάμβους καὶ ἀπορίας. Alias iratos milites dentibus frendentes nobis pingunt ſcriptores. Il. T. 365. de Achille: τῷ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε. Virg. X, 715.

Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes
Dentibus infrendens.

et VIII, 230.

Huc ora ferebat et illuc
Dentibus infrendens.

Ammianus Marcell. L. XVI. c. 12. *nec finiri perpeſſi quae dicebantur, ſtridore dentium infrendentes ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes in hoſtem ſe duci iam conſpicuum exorabant.*

B.

Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐσέ,
Θαρσεῖτ', οὕπω Ζεὺς ἀυχένα λοξὸν ἔχει.
Μήδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ Φοβεῖσθε,
Ἰθὺς δ' εἰς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω,
Ἐχθρὰν μὲν Ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
Αὐγαῖσιν κῆρας ἠελίου Φίλας.

ἴσε γὰρ ὡς Ἄρεος πολυδακρύτου ἔργ' ἀρίδηλα,
Ἔν δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου.
Καὶ μετὰ Φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,
Ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε.
Οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι παρ' ἀλλήλοισι μένοντες
Ἐς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἰέναι,
Παυρότεροι θνήσκουσι, σάουσι δὲ λαὸν ὀπίσσω,
Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.
Οὐδεὶς ἄν ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἕκαστα,
Ὅσσ', ἂν αἰσχρὰ πάθῃ, γίνεται ἀνδρὶ κακά.
Ἀργαλέον γὰρ ὄπισθε μετάφρενόν ἐσι δαΐζειν
Ἀνδρὸς Φεύγοντος δηΐῳ ἐν πολέμῳ.
Αἰσχρὸς δ' ἔσι νέκυς κατακείμενος ἐν κονίῃσι
Νῶτον ὄπισθ' αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.
Ἀλλά τις ἔυ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
σιν,
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χείλεος ὀδοῦσι δακών,
Μήρους τε κνήμας τε κάτω καὶ στέρνα καὶ
ὤμους
Ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος.
Δεξιτερῇ δ' ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος,
Κινείτω δὲ λόφῳ δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.

Ἔρδων

Ἔρδων δ' ὄβριμα ἔργα, διδασκέσθω πολεμίζειν,
Μηδ' ἐκτὸς βελέων ἑσάτω ἀσπὶδ' ἔχων.
Ἀλλά τις ἐγγὺς ἰὼν αὐτοσχεδὸν ἔγχει μακρῷ
Ἢ ξίφει ὀυτάζων δήιον ἀνδρὶ ἑλέτω.
Καὶ πόδα παρὰ ποδὶ θεὶς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας,
Ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ καὶ κυνέην κυνέῃ,
Καὶ στέρνον στέρνῳ πεπαλαιμένος ἀνδρὶ μαχέσθω,
Ἢ ξίφεος κώπην, ἢ δόρυ μακρὸν ἑλών.
Ὑμεῖς δ' ὦ γυμνῆτες ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος
Πτώσσοντες, μεγάλοις σφάλλετε χερμαδίοις,
Δούρασί τε ξεσοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοὺς
Τοῖσι παναπλίοις πλησίον ἱσάμενοι.

COMMENTARIVS.

Descripsimus hanc elegiam e Stobaeo, Serm. XLVIII, p. 352. (ed. Gesn. a. 1559.) Edita quoque est a Stephano l. c. et in Id. p. 22. Hertelio Wintert. p. 439. Lectioque.

Ἀλλ'] Potest haec elegia initio truncata, potest etiam integra esse. Ἀλλὰ enim pro ἄγε, ἄγε δή poni docet Vigerus de Idiot. C. VIII. S. I. 1. 12. ibique Hoogeveen, idemque Vigerus monet ib. 5. Dionem Chrysostom. Orat. XII. ἀλλ' ἤ ordiri. de ἀλλὰ γάρ vid. Zach. Pearcium in emend. Longini p. 18. ed. mai.

ad Coluthum L. I. c. 5. p. 26. qui v. 182. inquit: Homer. Batrach. v. 4. Κρεος ἔργα διώκειν. et Schraderum ad Musaeum. c. 12. p. 228-30. Et sicut apud Virgilium: *graue Martis opus.* (conf. Hoelzlinum ad Apollon. Rhod. III, 9. Aen. Tact. v. 58. Casaubonum ad Polyb. p. 119. et Schwebelium ad Onosandri Strateg. p. 8.) et *res gerere* pro administrare bellum dicitur: vid. Drakenborch. ad Sil. XV, 149. *comites rerum bellique ministri*: add. Graevium ad Iustin. XIII, 4. 5. Burmannum ad Ouid. Ep. Her. XVII, 256. et Cortium ad Salluſt. B. I. 58, 4. ita apud Homerum, notante Duporto in Prael. ad Theoph. p. 269. et 270. et Dorvillo in Crit. Vanno p. 384, ἔργον ſaepe notat praelium. II. B. 338. ὅσσ' ἄπι κείλει πολεμήϊα ἔργα. et 436. μηδέ τι θηρὸν Ἀμβακίμῳ δυσὶ ἔργον Schol. νῦν τὸν πόλεμον. et v. 137. ἅμμιν δὲ ἔργα Κύκνῳ ἀκριόεντα. Γ. 331. ὁπποτέρου τάδε ἔργα μετ' ἀμφοτέροισιν ἔθηκα. Schol. explicat τοῦτα τὰ ἔργα τοῦ πολέμου. eademque notat ad Il. Δ. 175. 470. 539. E. 428. vbi eadem in ſignificatione ἔργον occurrit. Sic ἐν τῷ ἔργῳ eſt ipſo praelio, apud Thucyd. L. I. 107. et apud Lucian. Συγγρ. T. II. p. 33. τῶν ἐξ ἀυτοῦ τοῦ ἔργου διαφυγόντων. In Muratorii Inſcript. p. 1433. legitur: Ἀμφίθεος θρασείων ἐν ἀδόκοις ἔργοις ἀκόνων, et in Pind. Isthm. VIII. μετ' Ῥόδου ποτ' ἐν μάχαις ἐναριμβρότου, ἔργων ἐν πεδίῳ κράτησεν. vbi Eraſmi Schmidii emendationem non probo. ſed, age, adſpergamus pauculas noſtrarum coniecturarum ad eundem poetam, quarum certe violentiam nemo accuſabit. Ego igitur Ol. I, 160. τὸ δ' αὖ παρεόμενον ἐόλων ὕπατον ἔχεται πάντα βροτῶν lego παρεόμενον· et ſic diſſenſus Schol. optime tollitur. Ol. VI. 118. Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ deleo, ſubſcriptum, vt ſit: ſummi Iouis. Nem. I, 39. πρέπουσα γὰρ ἔργα μὲν θέος, βυλαῖσι δὲ φρὴν ἐσσόμενον προιδεῖν συγγενὴς, ὅσα ἔπεται· opitulatur autem fortitudo ad res agendas, mentis ſolertia ad conſilia capienda: has virtutes comitatur innata ſagacitas ad futura proſpicienda: lego αἷς et poſt συγγ. diſtinctionem deleo. Pyth. IV, 433. Ἤλπετο δ' ἐνίκα δὲ πάντα πράξασθαι πόνῳ. Sperabat autem non

non item ei huncce perfectum iri laborem; puto legi debere: πεπρᾶξθαι. XI. 63. μοῖραν τὸ δὲ τεὸν, etc. non placet aliorum τὸ δ' ἐτεὸν aut vulgatam retine, aut lege: τόδε τεὸν, hoc tuum est. Ib. ἐπεὶ Τρώων ἔλυσε δόμους ἀβρότατος· vbi primum probo lectionem alteram ἔλυσε, vt aliquoties est apud Homerum, πολλῶν πολλὰ κατέλυσε κάρηνα. deinde legendum censeo ἀβροτάτους· vt sit adiectiuum. quanquam Schol. διέλυσε τοὺς οἴκους τῆς ἐνδαιμονίας· et Schmidius horrende vertit. Fortasse parui momenti tibi hae emendationes videntur: sed ego semper verissimam putaui sententiam Mureti in V. L. VIII. c. 4. *Quotidie, dicentis, magis intelligo, verum esse id, quod semper existimaui, nullam esse mendam ita pusillam, quam non permagni interfit e veterum monimentis tolli et corrigi.*

ἀρίδηλα] in marg. αἴδηλα· non male. vide Clarkium ad Odyss. II. 29. vbi Schol. verbum explicat: τὴν αἰδηλοποιὸν καὶ πάντα φθείρουσα.

ἐργὼν] bene interpr. *nostis ingenium*, melius, quam Hertelius, qui reddit: *impetum*, etsi ipse fateor, me maluisse initio legere, ὁρμὴν· nam has duas voces confundi notat Adr. Heringa in Obs. Crit. p. 54. Sed nunc nihil muto. Nam et Latini dicunt *ingenium* necis, scelerum, poenarum, vt docent Drakenborch. ad Sil. Ital. XVI, 46. *Cantaber* ingenio *membrorum et mole timeri* et ad IV, 90. *Collisque propinqui Ingenium*, atque Burmannus ad Ouid. Met. VI, 574. *grande doloris ingenium est*, aliique laudati a Cl. Longolio ad Plin. I, 20, 17. etiam Graeci ὀργὴν hoc sensu vsurpant. exempla plura dabunt Dukerus ad Thucyd. I, 130, 83. Wassius ibid. I, 140, 33. Alberti ad Hesych. s. v. ἐνόργητος. Heringa libro modo laudato, p. 49. Cl. Trillerus in Obs. Crit. p. 499.

μετὰ] in marg. παρὰ.

Οὐδὲς ἂν] St. W. H. Οὐδ' ἂς δ' ἂν. quod eodem fere redit. *nemo prorsus*. vide Alberti Obseru. p. 205. et P. Moll. ad Longi Pastor. p. 52.

Τρισσὰν

Τρωσάντων] Similiter Homerus Il. E. 532. Φευγόντων δ' ὄυτ' ἄρ κλέος ὄρνυται, ὄυτε τις ἀλκή.

ἢν αἰσχρὰ πάθῃ] recte interpr. *qui turpiter se gesserit.* πάσχω h. l. vsurpatur pro πράττω, vt saepe. Aristophanes non semel sic, vt Equ. 512. Οὐκ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεποιηθὼς διατρίβεις quod nulla stultitia id agens cunctetur. Vesp. 1008. Τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν ἐστι πάσχειν hoc enim ineptri spectatores facere solent. Scholiast. Eurip. Hecub. 614. τί γὰρ πάθω, ἦγουν τί ποίησω. τὸ γὰρ ποιῶν πάθος ἐστίν ἐπειδὴ ὁ ποιῶν τι πάσχει τρόπον τινὰ καθ' αὑτὸ τὸ ποιεῖ. vide eundem ad 1021. Consule etiam Gatakerum in Aduersar. c. 13. p. 131. Barnesium ad Eurip. Oreſt. 537. et Suppl. 257. Kusterum ad Aristoph. Nub. 234. ibique Spanhemium et hunc ad Plut. 603. Dorvillum ad Chariton. p. 177. Valkenarium ad Eurip. Phoeniſſ. 902. et I. F. Reitzium ad Lucian. V. H. T. II. p. 73. et Gymn. p. 918.

φεύγων] Quam turpe olim fuerit ex acie fugere, ordines metu deſerere, aut ſcutum abiicere apud Romanos, docet Lipſius de Militia. L. V. dial. 18. et apud Graecos, oſtendit Spanhemius ad Iulian. Or. I. p. 239. Apud Athenienſes grauiſſima lex fuit, quam vide apud Petitum de legibus Atticis L. VIII. T. III. 63. τὸν ἀστράτευτον καὶ τὸν δαλὸν, καὶ τὸν λίποντα τὴν τάξιν ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς, μήτε στεφανοῦσθαι, μητ' αἰτεῖναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ· τὸν τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα ἄτιμον εἶναι· Weſſelingius in nota ad h. l. in Iurisprudentia Rom. et Att. T. III. p. 666. Lacedaemonios tale flagitium morte puniuiſſe addit. Certe praeſtitiſſe apud eos mori, quam fugere, clare oſtendunt exempla a Plutarcho allata in Apopht. Lacaenar. p. 241. 242. et clare docet locus Xenophontis in libr. de rep. Lacedaem. p. 683. qui ad Tyrtaei verba prope accedit, ideoque non omittendus eſt: ἄξιον δὲ τῷ Λυκούργῳ καὶ τόδε ἀγαπᾶσθαι, τὸ κατεργάσασθαι ἐν τῇ πόλει, αἱρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου· καὶ γὰρ δὴ ἐπισκοπῶν τις ἂν ἥρωι μέσους ἀποθνήσκοντας τέκνων, τῶν ἐκ τοῦ φοβεροῦ ἀπεχωρηκότων ἀφειμένων ὡς ἄλλοθι ἀπῶν καὶ

πρὸ ὕστερον τῇ ἀρετῇ συζεύξαι ὡς τὸν πλοῦν χρόνου μᾶλλον, ἢ τῇ κακίᾳ.

ἀργαλέον] Scholiast. Aristoph. Plut. 1. Ἀργαλέαν. χαλεπὸν, δύσκολον, δυσχερές. Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἄλγος ἀλγαλέον, καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ λ εἰς ρ· ὡς ποδαλγία, ποδαργία· ἢ ἔργον παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ δυσχερές· ἐκ τούτου παράγωγον ἀργαλέον κ. λ. Hanc vocem reddendam esse censeo inscriptioni valde corruptae, quae tamen emendationem admittit in Sponii Miscell. erud. antiqu. p. 374. ep. 127. v. 6.

ΝΟΤΣΩΝ ΑΡΑΜΑΙΟΙΟ ΚΑΙ ΑΧΘΕΟΣ ΗΔΕ ΠΟΝΟΙΟ,

vbi lego ΑΡΓΑΛΕΟΙΟ· et sequenti versu:

ΤΑΤΤΑ ΓΑΡ ΕΝ ΖΩΟΙΣΙΝ ΑΜΕΙΛΙΧΑΣΙΝ ΚΕΣ ΕΧΟΤΣΙΝ.

puto: ΑΜΕΙΛΙΧΑ ΣΤΝΚΕΣ, id est, συνεχές. denique v. 10.

Η Δ ΕΤΕΡΗ ΤΕΙΡΕΣΣΙΣ ΤΜΑΙΘΕΡΙΟΙΣΙ ΧΟΡΕΤΕΙ,

emendo ΤΕΙΡΕΣΣΙ ΣΤΝ. de verbo Τείρειν, i. e. astra, vid. Vulcanium et Ernestium ad Callim. H. in Del. 175. Ἰσάριθμος Τείρεσιν ἥνικα πλεῖστα κατ' ἠέρα βεκολέοντας. Sed restant adhuc quaedam vulnera hoc carmine, quae sanare non audeo. In v. 2.

ΗΙ ΘΕΟΣ ΚΟΙΡΟΙΣΙΝ ΟΜΗΛΙΚΙ Η ΠΑΝΟΜΟΙΟΣ

patet facile, legendum esse: ἠΐθεος et ὁμηλικίη. sed contentus fum iis, quae non infeliciter restituisse mihi videor. Potius de altero epigrammate coniecturam proponam. p. 376. ep. 135.

ΧΗΡΕΙΑ Τ ΑΤΤΗ ΤΟΝ ΑΠΑΝΤΑ ΧΡΟΝΟΝ ΜΕΙΝΑΣΑ
ΚΩΚΤΜΟΡΩΝ ΤΕΚΕΩΝ ΠΕΝΘΕ ΠΑΚΟΜΕΝΗ,

procul dubio scribendum est ΠΕΝΘΕΙ ΤΑΚΟΜΕΝΗ· nam ita non solum de amore dicunt, in Anthol VII. p. 587 Ὦμοι, ἐγὼ δὲ Τήκομαι, ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ κάλλος ἐρῶν,

ἐμὲ, et in lepidissime carmine p. 632. Βαιὰ παῖ χάλη μὲ ῥοδόχροα, κεκλόμενθα ψυχοτακῆ. (vide P. Moll. ad Longum, p. 78. Barnes. ad Anacreont. p. 301. et Dorvill. ad Charit. pag. 199.) sed etiam de luctu. Sophocl. Electr. 189. ἅτις ἄνευ τοκίων κατατάκομαι. Homer. Il. Γ. 176. de Helena: τὰ νῦν πλαίγχθη κέτηκα. Anthol. I. p. 76. ἰσσὸν δ' ἄλγος ἔτηξε μίαν. et VII, p. 602. ζοφερὰς φροντίσι τηκομένην. Quintus Cal. X, 433. κουριδίου ἀναπλήσαντος ὅλεθρον Μνωμένη, ἅτε κηρὸς ὑπαὶ πυρὶ, τήκετο λάθρῃ. et VII, 385. νῦν ὦ ἐμὶ φρεσὶ θυμὸς ὑπ' ἀργαλέῃσιν ἀνίαις Τήκεθ', ὅπως ἁλαπαδνὸς ἐπ' ἀνθρακιῇσι πολίβδος, Ἠὲ τρύφος κηρῷ· quas comparationes dum Paeo ingratas et illepidas appellat, non est audiendus. compara Callimach. II. in Cer. 92. Latini prope similiter, vt Ouidius in M. II. 808.

Gemit; lentaque miserima tabe
Liquitur, vt glacies incerto faucia sole.

vid. Io. Heskin ad Moschum, p. 83. Versum sequentem in illo epigrammate alii emendent.

ΑΜΒΙΟΤΟ ΔΕ ΠΟΝΟΝ ΠΟΤΑΤΝ ΑΛΛ ΕΤΑΗΝ
Μοζεοῖς.

Tantum vnum verbum ponam. lego ΑΝΕΤΑΗΝ pro ΑΝ ΕΤ ΑΗΝ. sentisne? reliqua facile diuinabis. Quoniam vero semel in inscriptionibus emendandis versamur, plura et corrigamus et illustremus; praesertim, cum videamus, nulli doctorum virorum nostras emendationes in mentem venisse, tantum ex Maffei Museo Veronensi et Muratorii Inscriptionibus quaedam delibabimus: alio tempore plura daturi. In eo igitur p. 63. in inscr. sepulchr.

ΕΙ ΚΑΙ ΜΟΙ ΘΥΜΟΣ ΑΙΟΝΤΕΙΣ ΠΕΙΡΕΤΑΙ ΑΙΝΩΣ.
ΑΜΦΙ ΣΟΙ ΑΛΛΑ ΕΜΠΗΣ ΟΙΑ ΠΑΡΕΣΤΙ ΔΕΧΟΥ.

lego ΠΕΙΡΕΤΑΙ, etsi scio apud Homer. Il. Ε 399. esse πῆμ' ἀχέων, ἀδύνων πεπυρασμένα. p. 70. inuenio versum corruptum, sed a quouis facile emendandum.

MOLLI-

MOLLITER AD MATREM PLACIDI RECENDITE MANES
ELYSIIS QAMPIS FLOREAT VMBRA TIBI.

Omnino legendum est: FLOREAT VRNA TIBI. quale votum saepe occurrit in antiquis monimentis. Ausonius in Epitaph. Her. carm. XXXVI.

Sparge merò cineres, bene olentis et unguine Nardi,
Hospes, et adde rosis balsama puniceis.

Respicit huc etiam Iuuenalis VII, 207.

Dii maiorum umbris tenuem et sine pondere terram,
Spirantesque crocos et in vrna perpetuum ver,

compara Virgilium, Aen. VI, 883. Propertium II, 13, 31. Tibullum II, 4, 47. Martialem I, 89. Immo Romani in monimentis adhortabantur interdum haeredes, certo legato constituto, vt adferrent flores: v. Gruteri Inscr. I. p. 637. n. 5.

VT. QVOTANNIS. ROSAS. AD. MONVMENTVM EIVS. DEFERANT

atque in lapide alio apud eundem I. p. 449. n. 5.

TVEND. ET. ROSA. QVOTANNIS ORNANDVM.

Nec praeterire possum venustissimum carmen, quod Alb. Henr. Sallengrius in praefat. T. I. Noui Thes. Antiqu. Rom. edidit:

Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Μὴ βατὸς ἀὐχμηρὴ, μὴ κακὸν αἰγίπυρον,
Ἀλλ' ἶα καὶ σάμψυχα καὶ ὑδατίνη νάρκισσος;
Εὐσέβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα.

Nempe totum hoc carmen adscripsi, cum quia valde placet ob elegantiam, tum quia nostra quoque vota continet. Nam Klotzii quoque tumulo dabitis olim, o mei, rosas et lilia! In alia inscriptione legitur eadem sententia. Apud Murator. p. 1693. 1.

Ἀλλὰ σὺ γαῖα πέλοις ἀγαθὴ κουφότατ' ἀκυλείνῳ
Καὶ δὲ παρὰ πλευρὰς ἄνθεα λαρὰ φύοις.

vbi tamen primum distichon:

Προθήβην ἔτι κῶρον ἔτι χνοάοντος ἰούλου
Δευόμενον φθονερὴ μοῖρα κατ' ἔλε βίου.

ridicule Muratorius vertit: *In prima pubertate adhuc iuuenculum et vix lanugine aſperſum Iulium inuida fata fuſtulere.* quem errorem recte caſtigauit iam Hagenbuchius in Diatrib. de Graec. Nou. Theſ. Murator. Marmoribus p. 37. Heſych. Ἴελοι, αἱ πρῶται τῶν τριχῶν ἐκφύσεις ἀπὸ τῆ ἰέναι αὐτὰς αὐλάς. vid. Euſtath. ad Odyſſ. Λ. p. 1688. et Schol. Apollon. Rhodii. L. II. p. 69. Ἴελος ἡ πρώτη ἐξάνθησις καὶ ἔκφυσις τῶν ἐν τῷ γενείῳ τριχῶν. In eleganti epigrammate Anthologiae ineditae Straronis legitur:

Εἰ καί σοι τέρχόφοιτος ἐπισπίρτησεν ἴελος
Καὶ τρυφερὰὶ κροτάφων ξανθοφυεῖς ἔλικες,
Οὐδ' ἐγὼ φεύγω τὸν ἐρώμενον· ἀλλὰ τὸ κάλλος
Τάυτου, κἂν πώγων, κἂν τρίχες, ἡμέτερον.

Sed redeo ad Muratorium, quem de illo voto conſule p. 540. Ab illo puto verſus p. 1376. 11.

ΗΛΙΚΙΗ ΜΟΡΦΗ ΦΡΕΣΙ ΜΟΥΣΑΙΣ ΣΩΦΡΟΣΤΝΗ ΤΕ
ΕΝ ΠΑΣΙΝ ΠΡΕΨΑΣ ΑΚΑΤΑΦΡΩΝ ΦΩΣ ΛΙΠΕΣ ΗΟΤΣ

peſſime verti: *non contemnendum liquiſti lumen aurorae.* corrige potius: ΠΡΕΨΑΣΑ ΚΑΤ ΑΦΡΩΝ ΦΩΣ ΛΙΠΕΣ. et omnia erunt facilia. — P. 1189. 1.

Si non fatorum praeceps hic mortis obiſſet
Mater in hoc titulo debuit ante VEHI.

apparet corrigendum eſſe: LEGI. vt pag. 1199. 3.

Si

Si non fatorum constantia iura fuissent
Mater in hoc tumulo debuit ante legi.

Pag. 1041.

ΜΥΡΙ ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΙΟ ΤΑΦΩ ΠΕΡΙ ΤΩΔΕ ΧΥΘΕΙΣΑ
ΠΑΙΔΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΥΡΑΤΟ ΚΑΛΛΙΟΠΑ·

vertitur: *vnguenta peremti sepulchrum circa hoc fundens*, et notatur: *In priori versiculo animaduerte μυρι seu μυρια pro μυρα, quod lapicidae excidisse non puto. vide et χυθεισα pro χεισα, quo tamen saepe vsus est Homerus:* quae omnia perperam dicuntur et falso. verte: *circa sepulchrum fusa infinite querebatur: mille questus proferebat.* Ipse nunc omnem difficultatem sublatam esse videbis. Nam amicorum sepulchra complectendi mos notus et ex Ouidii Met. XIII. 423.

In mediis Hecube natorum inuenta sepulchris:
Prensantem tumulos atque ossibus oscula dantem,
Dulichiae traxere manus.

et Prudentio Peristeph. H. 2, 529.

O ter quaterque et septies
Beatus vrbis incola,
Qui te ac tuorum comminus
Sedem celebrat ossium,
Cui propter aduolui licet,
Qui fletibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure.

his scriptis video hanc interpretationem in mentem venisse quoque Paciaudio in Monim. Peloponnes. Vol. II. p. 193. quod praeterire silentio nolui. etiam ridicule p. 958. 1. οὐκ ἴδρις τραγικῆς μώσης redditur: *et nescis tragicam musam.* potius expone: non tragicus, non — poeta, non orator Ἄξια σῶν Φρενῶν. sed restant ibi peccata plura. p. 655. *Tu. quicunque.*

mei. veberis. prope. limina. baſſi. SVPRIME. FESTIVVM. QVAESO. VIATOR. ITER. corrige: FESTINVM. nam vulgatae nullus ſenſus eſt. Apud Gruterum p. 438. n. 6. exſtat epigramma, quod Burmannus etiam repetiit in Anthol. P. I. p. 198.

Πάντες Μιλτιάδην ΤΑΛΑΡΓΙΑ ἔργα ἴσασιν
Πέρσαι καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Gronouius in Theſ. Graec. T. I. edidit ΤΑΛ: ſed miror neminem ſcripſiſſe: ΤΑ Σ ΑΡ. τὰ σὰ ἀρήια. quae lectio mihi videtur vnice vera. Sed deſinamus. Nam etiam in his eſt modus tenendus. Forte, ſi quando contigerit nobis proferre ea in lucem, quae ex antiquis monimentis ad illuſtrandam hiſtoriam, poeticen, ſermonis vtriusque indolem collegimus, plures addemus eiusmodi emendationum.

Αἰσχρὸς] in marg. αἰσχρὸν. vt etiam Grotius edidit. non male. Aelian. III, 1. τὰ ὕδατα ταῦτα καὶ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν ἦναι et ſic ſaepe. vid. Vigerum de Idiot. c. III. S. 2. 3. ibique Hoogeveenium. Car. Girardum ad Ariſtophan. Plut. 202. ὡς δειλότατον ἐὼν ὁ πλοῦτος, Valkenarium ad Eurip. Phoeniſſ. 206. Heinſium ad Ouid. Art. III, 294.

κατακείμενος] vſurpatur frequenter τὸ κεῖσθαι de caeſis, de mortuis. Il. T. 389. Κεῖσαι Ὀτρυντείδη πάντων ἐπιμαιμάκτατ' ἀνδρῶν. E. 467. κεῖται ἀνὴρ ὃν — Φ. 119. κεῖτο ταθείς. (nam ἐκτάδην κεῖσθαι propria eſt Graecorum formula, docentibus id Dorvillio ad Chariton. p. 642. et Valkenar. ad Eurip. Phoeniſſ. 1691. quemadmodum etiam ὀρθοῦσθαι hoc ſenſu dicunt. vid. Gataker. ad Antonin. IV, 3. p. 124.) Lyſ. Orat. II. p. 40. οἱ πρόγονοι τῶν ἐνθάδε κειμένων. Eurip. Oreſt. 1489. νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἐμαίνοντ', οἱ δ' ἔκειντο. Aelian. XIII, 1. καὶ ὁ μὲν ἔκειτο. et XII, 21. ἐπενθύνοντο τοὺς παῖδας ἀμφὶ τῶν ἐν τῇ μάχῃ κειῶδαι. vide Fabrum ad Ariſtoph. Eccleſ. 533. Elsnerum in Obſ. S. ad Luc. XXIII. 53. Abreſch. in Dilucid. Thucyd. p. 236. Sic etiam qui occiſi ſunt dicuntur

dicuntur προκεῖσθαι Soph. Aiac. 1078. θανόντες ἂν προὔκείμεθ' ἐχθίστῳ μόρῳ vide virum eruditum in Obſeru. Miſcellan. Vol. VIII. T. I. p. 84. Pariter vſurpant Latini verbum *iacere*: id quod Burmannus aliquoties notauit, vt ad Petron. 111. pag. 666. Ouid. Metam. II, 268. Quintil. Decl. I, 23. Phaedri Fab. I, 24. adde Drakenborchium ad Sil. It. II, 594. et XIII, 469.

Νῶτον ἄμησε] Erat olim apud omnes gentes, apud Romanos et Graecos, turpiſſimum, in tergo vulnera accepiſſe. Sic apud Homerum Il. N. 288. laudatur Meriones ſic:

Εἴπερ γάρ κε βλέῃο πονεύμενος ἠὲ τυπείης,
Οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
Ἀλλά κεν ἢ στέρνων γ' ἢ νηδύος ἀντιάσειε
Πρόσσω ἰεμένοιο·

confer X. 283. et memorabilis eſt locus auctoris περὶ ἀμπ. σωίσε. pag. 76. ed. Barn. ἐκεῖνο δὲ ὑπομνῆσαι ἄξιον, ὅτι τοὺς μὲν πρόσθεν τετρωμένους ἐνδοξοτέρους ἡγέμεθα, ἅτε καὶ ἐκ τῆς συνεσάσης καὶ παραμένειν προθυμίαν δεικνύοντας· τοὺς δὲ τὸν νῶτον ἢ τὸ μετάφρενον πεπληγότας, ἀτιμοτέρους, ὡς ἐν τῷ φεύγειν τοῦτο πεπονθότας. Gellius N. A. II, 11. de Siccio Dentato narrat; *pugnaſſe in hoſtem dicitur CXX. praeliis: cicatricem auerſam nullam, aduerſas XLV. tuliſſe.* vide de vulneribus aduerſis et auerſis Cellarium ad Curt. III, 11. 9. Ciofanum ad Ouid. Met. XIII, 262. *ſunt et mihi vulnera, cines, Ipſo pulchra loco*, et ad Faſt. II, 211. *Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque vulnera tergo Accipiunt.* Arntzenium ad Plin. Panegyr. XXX, 1. et Cortium ad Salluſt. B. C. LXI. Sed inprimis apud Lacedaemonios ſumma in hac re ponebatur ignominia. Sic in Anthol. III, p. 289. Thraſybulus cum clypeo geſtatur ſeptem vulneribus confoſſus: Δεκνὺς τρόλεις πέντε, pater dicit: ἐγὼ δέ σε τέκνον ἄδακρυς Θάψω σὺν κλεινῷ κἀμῷ καὶ Λακεδαιμονίων· nam qui auerſum vul-

nus habebat, indignus iudicabatur sepultura. Ibid. I. p. 16.

Σπάρτας ὁ στόλος ἕσπεν, ἰὼ ὡς πάλι πρόθεα πάντα
Τραύματα, κὴν ξείνοις θῆρις ἔνεστι μόνοις

vid. Meursium in Miscell. Lacon. L. II. c. 1. Pertinet huc inprimis Aelian. V. H. L. XII, c. 21. vbi narratur; Lacaenas matronas inspexisse vulnera occisorum filiorum, sique plura aduersa quam auersa viderint, cum fastu incessisse, vultum habuisse grauem et splendidum atque filios in auita monimenta detulisse: sin viderint auersa plura, tunc lacrimantes, pudore deiectas, se clanculum subduxisse, relictis mortuis, vt in communi sepulchro humarentur, vel eos furtim subreptos in domestica sepulchra asportasse.

Μήρους κ. λ.] nam notante Scholiaste ad Il. B. 389. ἐνδρομήκεσι ἐχρῶντο τοῖς ὅπλοις οἱ παλαιοί. videatur Camerarius ad illum locum. adde Petr. Victorium in Var. Lect. XIX, 15.

γαστρί] rara dicendi forma est, quamque mihi non memini apud quenquam Graecorum scriptorum occurrere, nisi quod apud Orpheum de Lapid. XVIII, 83. legitur: ὄφρα δ' ἐπὶ τρίποδος κρέα γαστέρι δάμνατ' ἐόντα, qui etiam in Argon. 354. dixit: Δὴ τότε νηὸς ἔης κοίλον κύτος ἐισεπέρησαν. Puto intelligendam esse cauitatem illam clypei, cum rotundo tumore protuberantem. Apud Homer. Il. Σ. 348. Γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε est: quod Schol. interpretatur τὸ πλάτος τῆ λέβητος· vid. Polluc. Onomast. II, 4, 175. ibique Iungermannum. confer Dukerum ad Scholiast. Thucydid. p. 606. Apud Plutarchum in Pericl. I, 367. legi: ἡ δὲ σφαιροειδὴς ναῦς ἐστὶν ὑποπρῴρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλότερα δὲ πῃ γαστροειδὴς· Vas ventricosum quoque dicitur γαστὴρ notante Munckero ad Hygin. c. 108. Atque etiam a Car. du Fresne in Glossar. Med. et Inf. Graecit. T. I. p. 238. adfertur verbum, γάστρα, ampulla, guttulus,

rules, vas, quod, cum in medio paululum sit, γαστέρα seu ventrem fingat prominentem. consule Casaubonum ad Aeneae Commentar. Poliorcet. p. 172. apud quem occurrit verbum γαστρώνη. — Solent veto Graeci plurimas partes corporis humani ad alias res, saepe etiam satis audacter, transferre. Multa iam exempla dedit Eustathius ad Il. B. T. II. p. 655. vsque ad p. 660. ed. Pollt. sed obseruauimus nos quoque non pauca exempla, ab eo omissa, quae nunc addemus, nulla tamen neque litterarum, neque ordinis ratione habita. Apud Aeschyl. Choeph. 323. πυρὸς ἡ θαλερὰ γνάθος. atque in Prom. 368. ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγριόεις γνάθοις — λευρὰς γνάς et 64. Δαιμονίην νῦν ὀφρὺν ἀνδρείῃ γνάθῳ Στέρνων διαμπὰξ παιτσάλευτ ἐρύμενος. vbi γνάθον metaphorice sumit Stanleius, et recte Schol. explicat. τὸ ἄκρον τῆ σαρκὸς ἥλα καὶ τὴν ἐξύντα, nam qui Aeschyli dicendi genus nouit, illi haec non aliena ab eius ingenio videbuntur. Porro verbum χεῖλος occurrit, de poculorum, nauium etc. extremitate, vid. Cl. Schwebelium ad Moſch. p. 139. etiam de crepidine foſſae. Herodot. L. I. c. 185. ἑκάτερον τῆ ποταμῆ χεῖλος. Orpheus in Argon. 798. χεῖλος ὑπὲρ ποταμῆ δονακώδεος. vid. P. Moll. ad Longum. p. 14. — ὀφρὺς ſumitur de editiore loci alicuius parte atque faſtigio, vt Apollon. Rhod. I, 178. ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο. Pind. Ol. XIII, 150. ἐκ ὀφρυᾶς παγκοίτας loquitur de Delphis in colle Parnaſſi ſitis. Il. X. 411. Ἴλιος ὀφρυόεσσα. vbi Schol. ὡς ὕψος πεπολισμένη. μεταφορὰ ὁ τρόπος. Orph. in Arg. 469. Σινδικὰς δ' ὀφρύσιν ἐπέλασσαμεν ὠκυάλοιο νεῶν. Anthol. I. p. 77. Βεβαθὺν ἥλατο Νάξου ἀπ' ὀφρύος ἀξὺς ὀδίτης. Polyb. L. III. p. 310. de ripa fluuii: ῥᾴθυμον μετὰ βραχέας ὀφρύος. Latini hoc etiam imitati ſunt. Virgil. Georg. I, 108. *ſupercilio clinoſi tramitis vndam Elicit.* vid. Schwebelium ad Moſchum p. 135. et Heskin ad eundem, pag. 59. Sicut ad Homerum Il. B. 637. occurrunt νῆες μιλτοπάρῃοι quod Schol. explicat: Μίλτῳ τὰς πρώρας ἔχουσαι βεβαμμένας, ita etiam apud Pindarum, Pyth. I, 82. χαλκηπάρῃον ἄκοντα et Nem. VII, 105. habemus. interpr. iaculum ferro cuſpidatum, vt quo-

que Pyth. IV, 42. ἄγκωνα χαλκοκόπον. vbi vide notata in. edit. Oxon. Non ſolum apud Ariſtophanem κόλπος λαιμὸν eſt: vid. Heinſ. et Drakenborch. ad Sil. It. VI, 678. ſed dicunt etiam Graeci κόλπος γαίης et θαλάσσης. Ὀμφαλὸς et dicitur de vmbone clypei: vid. Euſtathium ad Il. Δ. p. 1075. Pfeifferum Antiqu. Graec. p. 528. et de terra: ὀμφαλὸς γῆς. vid. Vulkanium ad Callim. Hymn. in Del. 48. et quicquid medium eſt. vid. Spanhem. ad Callim. H. in Iou. 45. et H. in Cerer. 15. atque Stauren ad Fulgent. p. 638. εὐρυχῶρα γῆς eſſe loca campeſtria et plana, (apud Orph. in Arg. 421. legimus: Γῆς τ' εὐρυτέρου γένεσιν.) ἀυχένας loca anguſta, docet Io. Chr. Wolfius ad Poetriar. Fragm. p. 19. In Orph. Argon. 743. Νέρδε δὲ τοι Ἑλίκης δολιχὸς παραπέλαται αὐχήν Sic collum Latini vſurpant de Iſthmo, qui etiam *linguam* vocant promontorii non celſi, ſed molliter in planum deuexi, ſpeciem. conſule omnino Schottum in Obſerv. Hum. L. III. c. 28. Glareanum ad Pharſ. Luçani, II, 614. et Oudendorpium ib. VI, 25. et *dentes* tribuunt raſtris et falcibus. Virg. Georg. II, 406. *Et curuo Saturni dente relictam perſequitur vitem.* Vid. Chriſt. Wilh. Kuſtnerum in Chreſtom. Iuris Ennniana, p. 36. Docte quoque Rittershuſius ad Oppian. Halie. I, 60. de remigantibus: Νῶτον ἁλὸς ἀείροντας, obſeruat μέτωπα ὑγρὰ tribui πέτρῃσι, aliaque. Et quoties non eſt apud patrem Homerum, ὑγρὰ κάτα θαλάσσης. quemadmodum apud Pindar. Pyth. IV. γαίων ὑπὲρ γαίας ἐρήμων et Ol. 2. ὦ Ζεῦ πάτερ, κάτοισιν Ἀναβυσίου μελέων. Apud Euripid. Phoeniſſ. 1137. Σιδηροκύκλοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐκὴν Γᾶν κ. λ. vbi Schol. ἐπὶ τῷ σιδηρῷ κύκλῳ τῆς ἀσπίδος ἦν γύαλον. vid. Berglerum ad Ariſtoph. Acharn. 1123. Γογγύλων ἀσπίδος κύκλον. Μαστὸς eſt collis clementer adſurgens et mammam quodammodo referens, vt pluribus docet Weſſeling. ad Diod. Sic. L. III. 212. (ὄρη) ἀναγομένας ἔχοντα κατὰ κορυφὴν οἷα κατεφὴν μαστόν, vide etiam Vulcanium et reliquos interpretes ad Callimach. H. in Del. 48. τήσιον διάβροχον ὕδατι μαστόν, quod Schol. explicat: τῆς Σάμου τὸ γόνυγμον. quanquam diſſentit

fensit Spanhemius et interpretatur collem. Addamus quaedam de verbis σῶμα et πῦρ, quae pariter ad alia Graeci transferunt. Sic. Od. X. 157. Αὐλῆς παλὰ θύρετρα καὶ ἀργαλέον σῶμα λάυρης. conf. Il. M. 24. vbi σώματα tribuuntur fluuiis. Dionys. Perieg. 668. ἐπὶ σώμασι πετρώδεος ἄλμης et v. 438. Ἐλκομένη βορέηνδε κατὰ σῶμα θερμοπυλάων. Orph. Argon. 761. ἐπὶ ποταμοῖο διὰ σῶμα κεροῦ ῥέοντος ἰκόμεθ'. Audacius reliquis hoc verbum vsurpauit Homerus Il. O. 388. μακροῖσι ξυστοῖσι, τὰ βά νῦ ἐπὶ νηυσὶν ἔκαστο — κατὰ σῶμα ἑμεῖναι χαλκῷ, quod Scholia explicant: κατὰ τὸ ἄκρον στιλβόμενα. vid. Euſtath. ad Il. Δ. p. 1023. plura afferentem. Notanda ſunt, quae habet Schol. Homeri ad Il. B. 497. πολύκνημόν τ' Ἔτεωνὸν] Πολλὰς ἔχουσα κνημάς· Κνημοὶ δὲ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων κνημῶν. De ſimili vſu verbi κνήμης, pro ſinu quodam aut angulo inter duo iuga vide Geſnerum ad Orph. Argonaut. 635. qui poeta etiam v. 753. dixit τρηχὺν δ' ὀχῆνα Σιδήρης. Denique Dionyſius Perieg. non ſolum v. 168. ὑπὸ ψυχρῇ ποδὶ ταύρου, et 338. ὅι νάιασιν ὑπαὶ πόδα πυῤῥίναῖον, ſed etiam v. 557. dicit: ὀπποτέρη δ' ἀνέμοιο παρὰ σφυρὸν ἔῃσιν ἑκάστη· vbi Euſtathius notat: ὅτι κατὰ μεταφορὰν τολμηροτέραν, καὶ ποιητῇ πρέπουσαν, σφυρὸν φησι πόδα ἀνέμου λέγει τὴν βάσιν, ὃ ἔστιν, τὴν θέσιν καὶ τὸν τόπον ὅθεν πνέει.

Κινείτω κ. λ.] Homerus non ſemel ita, vt Il. Γ. 337. δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν, vbi vide Euſtathium p. 908. confer Λ. 42. Vtebantur enim criſtis non ſolum ad ornatum, ſed etiam ad terrorem incutiendum. Diſerte Polybius, L. VI. p. 653. vbi dixit, Romanos galeam pennis ornare, addit: ὁ μὲν ἀνὴρ φαίνεται διπλάσιος ἑαυτοῦ κατὰ τὸ μέγεθος· ἡ δὲ ὄψις καλὴ καὶ πανοπλητικὴ τοῖς ἐναντίοις· vide Cerdam ad Virg. Aen. X. 669. Stewechium ad Veget. I. 20. p. 42. Feithium in Antiquit. Homer. IV, 8. 1. Stanleium ad Aeſchyl. Sept. c. Theb. v. 117. p. 741. et v. 390. p. 746. quaeque notauerunt viri eruditi ad Picturarum Herculanenſium praeſtantiſſimum opus, T. I. p. 153. add. Lucernas Fictil. Muſei Paſſerii tab. 25.

et notata p. 21. Inde etiam vt terror augerentur cornua, dentes ferarum, aprorum, leonum, pellibus addebant. Virgil. Aen. VII, 666.

Ipse pedes, tegumen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta cum dentibus albis
Indutus capiti,

et ante Virgilium Homerus Il. K. 261.

Ἀμφὶ δὲ οἱ κυνέην κεφαλῇφι θῆκε
Ῥινοῦ ποσπῆν — ἔκτοθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες
Ἀργιόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα,
Εὖ καὶ ἐπισταμένως.

Diodorus Sic. L. V. p. 353. de Gallorum galeis narrat: κρώνη δὲ περιτίθενται μεγάλας ἐξοχὰς ἐξ αὐτῶν ἔχοντα καὶ παμμεγέθη φαντασίαν ἐπιφέροντα τοῖς χρωμένοις. τοῖς μὲν γὰρ πρόσκηται συμφυῆ κέρατα, τοῖς δὲ ὀρνέων ἢ τετραπόδων ζώων ἐκτετυπωμέναι πρότομαί. Addebant enim imagines varias animalium, vt leonis, vulpis, gryphi, aliorum. v. Verheyk ad Eutrop. II, 6. p. 64. quales conspiciuntur passim in numis, vt in Nic. Franc. Haym. Thesauro Britannico P. II. p. 9. 15. vide Montefalconii Antiqu. Expl. T. IV. L. II. c. 1. tab. 19. Inprimis vero Etruscos cristis magnis se formidolosos reddere studuisse patet e multis monimentis. vide magni Comitis Cayli *Recueil d'Antiquités Egyptiennes, Etrusques, Grecques, Romaines & Gauloises.* T. II. t. XVI. p. 66.

ἄλλτω] interpr. *hostilem virum capiat.* nescio an recte. puto potius (et sequentia meam opinionem firmant) eundem esse huius loci sensum, qui est in Virg. Aen. XI, 632. *totas Implicuere inter se acies legitque virum vir.* de quo vid. Io. Aug. Bachium ad Brissonium de Formul. IV, XXI. *m.* Inepte Hertel. *vel gladio percussurus socium sibi accipiat.* quod nescio quomodo isti in mentem venire potuerit. Addam vero locum Polybii L. I. p. 65. ὅσοι δὲ συνέβαινον εἰς ἄνδρας ἐκτὸς κάξω παιδὸς τὴν μάχην ἀπεκίνδυνευκὸς εἰς αὐτῶν προκρίσεως

φως τοσούτῳ λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος· ὡς ἄνδρα τὸν ἀνδρα πλήθους πρὸς ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγὸν δυοῖν μονομαχικῆς συστάσης περὶ τὸς ἀγωνιζομένους Φιλοτεμίας.

Καὶ πόδα κ. λ.] Simili ratione plures veterum scriptorum pugnas descripserunt, si aut denſe stantes in acies milites et bene ordines condensatos ante oculos posuerunt, (qui fuit inprimis Macedonicae phalangis modus, vt docet Wesseling. ad Diod. Sic. L. XVI. p. 83. et quem modum aciei instruendae in animo habuit Odoardus Biſetus ad Aristoph. Vesp. 1078. vbi notauit: Ἀνὴρ πὰρ ἀνδρὶ στῆναι εὐῶδες ἐν τῇ μάχῃ, ἵνα αἱ τάξεις πυκνωθεῖσαι τὴν τῶν πολεμίων ὁρμὴν ῥᾴον ἀνέχωσι. τὴν τοιαύτης μάχης καὶ τάξεων πύκνωσιν Τυρταῖος ὁ ποιητὴς ἡμῖν παίδευσα χαρακτηρίζει διὰ τούτων· καὶ πόδα κ. λ. vnde, quomodo hic locus explicandus sit, intelliges) aut strenue eosdem cum hoste pugnantes, neque cedentes aut pedem referentes pingere voluerunt: vt docent exempla a Radero et Freinshemio ad Curt. III, 11. 4. allata. confer Schwebelium ad Onosandr. p. 80. Nos tantummodo pauca, a nobis obseruata, addemus. Il. N. 130.

Φράζαντες δόρυ δερὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
Ἀσπὶς ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

vbi Clarkius similia loca laudauit. Eurip. Herach 836. πὰξ ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, Ἀνὴρ δ' ἐπ' ἀνδρὶ σὰς ἐκαρτέρει μάχῃ vide ibi Barnesium. Quintus Cal. VIII, 74.

ἔγχεϊ δ' ἔγχος
Συμφέρετ', ἀσπίδι δ' ἀσπὶς, ἐπ' ἀνέρα δ' ἤιεν ἀνήρ.

Virgil. Aen. X, 360.

Troianae acies, aciesue Latinae
Concurrunt; haeret pede pes, densusque viro vir.

Sil.

Sil. It. IX, 322.

galea horrida flictu
Aduersae ardescit galeae, clypeusque fatiscit
Impulsu clypei, atque ensis confunditur ense,
Pes pede, virque viro teritur.

Ouid. Met. IX, 44.

Digredimur paullum, rursusque ad bella coimus,
Inque gradu stetimus: certi non cedere: eratque
Cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus
Et digitis digitos et frontem fronte premebam.

vide Hier. Columnam ad Ennium p. 303. *Pes pede premitur, armis teruntur arma.* — Quoniam semel Metamorphoſ. Ouidii euoluimus, dicemus breuiter de duobus locis noſtram ſententiam. In II, 771. vbi inuidiae domicilium deſcribitur, legitur: *ſurgit humo pigra.* neſcio an recte. nam quoniam antea dixit, domum inuidiae eſſe in imis vallibus, antro abditam, ſole carentem, triſtem, quomodo opus erat addere, humum fuiſſe ſterilem? quis fruges et ſegetes tali in regione exſpectet? An potius poeta ſcripſit: *nigra?* ſiue, vt ſimpliciter horrorem indicet loci: ſiue, quoniam dixerat illam edere vipereas carnes, vt illius tecta nigro ſquallentia tabo eſſe addat: quemadmodum venenum ſaepe *nigrum* vocatur a poetis, docente hoc Titio ad Nemeſiani Cyneget. 220. *nigro ſpumantis veneno.* Barthio ad Claudian. Conſ. Prob. 188. *nigris rorantia tela venenis* et Henr. Io. Arntzenio ad Sedulii Carm. Paſch. III, 190. p. 161. Tum bene oratio fluit:

Surgit humo nigra, ſemeſumque reliquit
Corpora ſerpentum, paſſuque incedit inerti.

Quanquam haec vltima fere aliam lectionem poſtulare videntur. Porro ibidem v. 734.

Chlamydemque vt pendeat apte
Collocat, vt limbus totumque *appareat aurum.*

vide

vide an praeſtet *tortum*. certe hae voces non ſemel a librariis confuſae ſunt. vid. Metam. X, 424. XI, 385. Claudian. in Ruf. II, 127. vid. Drakenborch. ad Sil. It. VII, 412. — Caeterum Torquatus Taſſus in diuino carmine de Hieroſolymis liberatis, eandem imaginem tam eleganter, tam viuis coloribus expreſſit, nihil vt poſſit praeſtantius dici cogitarique. Sic ille in L. IX. Str. 52.

Come pari d'ardir, con forza pare,
Quinci Auſtro in guerra vien, quindi Aquilone.
Non ei fra lor, non cede il cielo, o'l mare;
Ma nube a nube, e fluſto a fluſto oppone,
Così nè ceder quà, nè là piegare
Si vede l'oſtinata aſpra tenzone.
S' affronta inſieme orribilmente urtando,
Scudo a ſcudo, elmo ad elmo, e brando a brando.

his addo ſimilem locum e carminibus feliciſſimi illius Horatii imitatoris, Matthiae Caſim. Sarbieuii, IV, 4.

Hou quanta vidi praelia, cum Dacis
Conſertus haſtis campus et horridi
Collata tempeſtas Gradiui
Ambiguis fluitaret armis.
Suſpenſa paullum ſubſtitit alitis
Procella ferri: donec aheneae
Hinc inde nubes ſulphurato
Plurima detonuiſſet igni.
Tum vero *ſignis ſigna, viris viri,*
Dextraeque dextris et pedibus pedes
Et tela reſpondere telis
Et clypeis clypei rotundi.

vbi tamen nollem optimus poeta vltimam in *vero* corripuiſſet.

ἓν δὲ λόφον] Il. Π. 217. ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι Νεόντων Quintus Cal. II. 455. ἐπέψαυον δὲ λόφοισιν Ἀλήλους ἑκάτερθεν ἐρεθόμεναι τρυφάλειαι.

κυνέην] Auctor ille libri περὶ ὁμήρου ποιήσ. ſiue Plutarchus, ſiue Dionyſius Halic. p. 33. ed. Barneſ. verbum interpre-

interpretatur: ἡ μὲν γὰρ περικεφαλαία ἐκάλυπτε κυνῆ παρ' αὐτῇ, ἐπεὶ ἐκ δέρματος κυνὸς γενέσθαι αὐτὴν ἔθος ἦν· ὕστερον δὲ ἡ μὲν τοιαύτη ὕλη τῷ σκεπάσματος ἠμελήθη· τὸ δὲ ὄνομα οὐκ ἐκέλοιπεν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ ἄλλης ὕλης ἔρυμα τῆς κεφαλῆς κυνέην καλεῖται διὰ τὴν παλαιὰν χρῆσιν. vid. Euſtath. ad Il. Γ. 336. p. 906. et Saluinum ad eum, p. 816. T. II. confer Weſſelingium ad Diodor. Sic. T. I. p. 21. de galeis autem, peſſibus tectis vid. Stewechium ad Veget. II. 16. p. 169. Demſterum ad Claudian. p. 62. Drakenborch. ad Sil. It. V, 132. et Sig. Hauercampium in diſſert. de Alexandri M. Numiſmate etc. p. 29.

γυμνῆτες] i. e. οἱ ψιλοὶ, οἱ σφενδονῆται, καὶ οἱ τοξόται, vide Barneſium ad Eurip. Rheſ. 31. et 313. Valkenarium ad Phoeniſſ. 1154. Guil. du Choul de Caſtramet. et diſcipl. Milit. p. 5. Saluinium ad Euſtath. T. I. p. 142. Markland. ad Lyſiae Orat. 14. p. 569. aliosque quos laudat Cl. Alberti ad Heſych. h. v. adde iis Weſſeling. ad Diod. Sic. L. XIV. T. I. p. 659. et Schwebelium ad Onoſandri Strateg. p. 70. — πτώσσοντες, expono κρυπτόμενοι. vid. Euſtath. ad Il. Ψ. 14. Τρῶες πτώσσον ὑπὸ κρήμνους. Licet alias timoris actionem verbum adiunctam habet, debet illa tamen nunc ſeiungi. Et ſeiunxit etiam Homerus alio loco.

σφάλλετε] St. W. H. βάλλετε. Sed illud verbum, vt minus vſitatum magisque poeticum, praefero. vid. Euſtath. ad Homer. p. 623. 29. 715. 9. et 1410. 16. ed. Rom. Odyſſ. P. 465. οὐδ' ἄρα μιν σφῆλεν βέλος Ἀντινόοιο. Militem vero, qui lapides iactat, vide in Gorlaei Dactylioth. Tom. II. p. 634. Similem, ſed diſſimili in argumento adhortationem habet carmen Poſidippi, adhuc ineditum:

Ναὶ ναὶ βάλλετ' ἔρωτες· ἐγὼ σκοπὸς εἰς ἅμα πολλοῖς
Κεῖμαι, μὴ φείσησθ' ἄφρονες· ἢν γὰρ ἐμὲ
Νικήσητ', ὀνομαστοὶ ἐν ἀθανάτοισι ἔσεσθε
Τοξόται, ὡς μεγάλης θεσσόται ἰοδόκης.

ξισρῖσιν

ξυστὸν] *rasilis hasta* dicitur Latinis. vid. I. Alstorphium in Occup. Tuscul. P. I. p. 65.

παγκοπλίοις] in marg. παγκοπλίσιας. vt et Grotius edidit. Frob. παγκοπλίοισι Steph. Hert. Wint. παγκοπλίοις quam lectionem vnice veram existimo. Sunt enim Graecis ὅπλα frequenter idem, quod ὁπλίσια vel ὡπλίσμενοι. Schol. Eurip. Oreſt. 444. κύκλῳ γὰρ εἱλισσώμεθα παγχάλκοις ὅπλοις, interpretatur: ὑπὸ ἀνδρῶν ὡπλισμένων. vid. Steph. Berglerum ad Ariſtoph. Aues v. 390. Valkenar. ad Eurip. Phoeniſſ. 717. et 1623. et Taylorum ad Demoſthen. T. II. p. 678. Ita vtuntur Latini etiam verbo *arma*. Ouid. Faſt. II, 195.

Haec fuit illa dies, in qua Veientibus armis
Ter centum Fabii, ter cecidere duo.

Virg. I, 509.

Tum foribus diuae, media teſtudine templi
Septa armis ſolioque alte ſubnixa reſedit.

vbi Seruius: *Satellitum ſcilicet, vel vt quidam volunt pro* armatis: *vt II*, 238. *Foeta armis.* ibid. v. 409. *Conſequimur cuncti et denſis incurrimus armis* eſt: in denſum armatorum agmen irrumpere. vid. Burman. ad Aen. VIII, 3. et ad Claudian. in Rufin. II. 150. *tantis capiendi credimur armis?* i. e. tot in me armatis. Apud Sedulium Carm. Paſch. V, 62. *Praenias horribiles comitaris ſignifer enſes*, eſt hoc verbum etiam pro armatis poſitum. Sic verbum *armatura* de leviter armatis militibus occurrit frequenter apud Vegetium de Re Milit. vt II, 5. *Poſt hos erant ferentarii, et leuis* armatura, *quos nunc auxiliatores et armaturas dicimus* et III, 14. *Tertius ordo diſponitur de* armaturis *velociſſimis et ſagittariis iuuenibus* vide Stewechium ad I, 14. p. 26. II, 23. p. 127. II, 17. p. 110. Ita etiam παγκοπλίοις poſſe reddi puto per grauiter armatos. Certe etiam Baxterus in Anacreont. c. 17.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας
Ἥφαιστε μοὶ ποίησον
Παγκοπλίων μὲν οὐχὶ

ſumit

sumit de viro πανοπλίᾳ induto, quod tamen ibi non necessarium. Non tamen capio, cur Hert. et Steph. verterint: *Vestram prope armaturam permanentes*, quod non intelligo. Locus est intelligendus: Stantes prope grauis armaturae milites, non procul ab iis stantes etc. de πανοπλίᾳ locus classicus est Il. Γ. 330-338. et confer L. Bosium in Exerc. Phil. ad Ephes. VI, 13. Lydium de re militari, III, 5. et alios. Quam vero ὅπλοις et πανοπλίᾳ dedimus vim, eam alia quoque verba habent Sic βίος notat homines, vt in inscript. Musei Veron. pag. 314. Σεμνὴν Πανελόπην ὁ πάλαι βίος ἤγαγε δή· vertitur recte: *antiqua aetas*. vid. Davisium ad Max. Tyr. p. 539. (ed. Lond. 1740.) I. F. Reitzium ad Lucian. p. 710. T. II. Iensium et Gesnerum ad eundem, T. I, p. 540. *Vita* Latinis dicitur pro *viuentibus*. vid. Burman. ad Phaedr. Prol. L. I. 3. *Consilia* pro consilia agitantibus. vide Cortium ad Cic. Epist, VIII, 4, 5. *Flagitia* pro facinorosis, vide eundem ad Sallust. B. C. XIV, 1. *Terrae* pro hominibus in terra viuentibus. vide Drakenborch ad Sil. It. III, 75. *Mora*, pro eo, qui moratur, *Spes* pro eo, qui sperat, etc. vide eundem ibid. XVI, 504. Verbum *Officia* pro officialibus seu ministris magistratuum a veteribus ICtis aliquoties vsurpatum esse docet Corn. Bynkershoeck in Obseru. Iur. Rom. L. III. c. 14. p. 275. *Togae* pro togatis apud Martialem et alios occurrere, pulchre obseruauit vir elegantis ingenii, Petr. Paull. Iusti in Specim. Obs. Critic. c. 22. p. 76. vide plura huius generis adferentes, Valkenar. ad Herodot. III, 148. p. 273. Thomam Wopkensium ad Sedul. C. P. II, 220. p. 115. et Arntzenium ibidem I, 218. p. 76. Caeterum Grotius vertit:

Nec cessa iaculis obstantem figere turbam,
Te teget armato milite densa cohors.

Γ.

Γ.

Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην,
οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης,
οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,
Νικῴη δὲ θέων Θρηίκιον βορέην.
οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη,
πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω πλέον,

Οὐδ' εἰ Τανταλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος ἔη,
Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι·
Οὐδ εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θέριδος ἀλκῆς,
Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται ἐν πολέμῳ,
Εἰ μὴ τετλαίη μελόρων φόνον αἱματόεντα,
Καὶ δηίων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἰσάμενος.
Ἠ δ' ἀρετὴ τόδ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄρισον,
Κάλλιστόν τε φέρειν γίνεται ἀνδρὶ νέῳ.
Ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόλει τε παντί τε δήμῳ,
Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ
Νωλεμέως, αἰσχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγχυ λάθηται,
Ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος,
Θαρσύνῃ δὲ πεσεῖν τὸν πλήσιον ἄνδρα παρεξώς.
Οὗτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται ἐν πολέμῳ.
Αἶψα δὲ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας
Τρηχείας, σπουδῇ τ' ἔσχεθε κῦμα μάχης.
Λυτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμὸν,
Ἆσυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατέρ' ἐυκλείσας·
Πολλὰ διὰ στέρνοιο, καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης,
Καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος.

Τὸν

Τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,
Ἀργαλέῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.
Καὶ τύμβος, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι,
Καὶ παίδων παῖδες καὶ γένος ἐξοπίσω.
Οὐδέποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ,
Ἀλλ', ὑπὸ γῆς περ ἐών, γίνεται ἀθάνατος,
Ὄντιν' ἀριστεύοντα, μένοντά τε μαρναμένων τε
Γῆς περὶ καὶ παίδων, θοῦρος Ἄρης ὀλέσῃ.
Εἰ δὲ φύγῃ μὲν κῆρα ταναηλεγέος θανάτοιο,
Νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλαὸν ἔυχος ἕλῃ,
Πάντες μίν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι ἠδὲ παλαιοί,
Πολλὰ δὲ τερπνὰ πάθῃ ἔρχεται εἰς αἶδην.
Γηράσκων δ' ἀσοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν
Βλάπτειν οὔτ' αἰδῆς ἔτε δίκης ἐθέλει.
Πάντες δ' ἐν θώκοισιν ὁμῶς νέοι, οἵ τε κατ' αὐτὸν
Εἴκουσ' ἐκ χώρης, οἵ τε παλαιότεροι.
Ταύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἱκέσθαι
Πειράσθω θυμῷ, μὴ μεθιεὶς πόλεμον.

COMMENTARIVS.

Descripsimus hanc elegiam e Stobaei Serm. XLIX. exstat etiam apud Steph. l. c. et in Id. p. 18. Wintert. p. 435. Hertel. Lectium p. 730. Frob. p. 228.

τιθέμην] Steph. τιθείμην· quod placet. atque sic locum huius laudat Plato de Legib. I. p. 629. ed. Steph. προστησώμεθα γοῦν Τυρταῖον, τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, πάσῃ δὲ πολίτην γενόμενον, ὃς δὴ μάλιστα ἀνθρώπων περὶ ταῦτα ἐφανδάνεσε, εἰπὼν, ὅτι καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀξίους λόγε προσαγορεύομεν, ὡς τοῦτο τὸ πρωτεῖον τῆς ἀρετῆς περιποιησαμένους· „εἰ δὲ μὴ μισοπολίμων ἦν ἐν λόγῳ τιθέ„μην, οὐτ' ἂ τις πλουσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, φησὶν, οὔτ' ἂ „πάντα ἀνθρώπων πεκτημένος (εἶπε γὰρ σχεδὸν ἅπαντα) ὃς μὴ „περὶ τὸν πόλεμον ἄριστος γίγνοιτ' ἂν." Haec Plato. Cetera quod sententiam simillimus locus est apud Theognidem v. 711.

Οὐδ' εἰ ψευδέα μὲν ποιεῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
Γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου·
Ὠκύτερος δ' εἴης πόδας ταχέων ἀρπυιῶν,
Καὶ πάντων βαρέων, ὧν ἄφαρ ἶσα πόδες.

Praeterea hos Tyrtaei versus cum sequentibus Latine reddidit Erasmus in Adagiis s. tit. *Fortitudinis.* p. 259. (ed. Francof. 1670.)

ἐν λόγῳ τιθέμην] Frob. οὐκ ἂν λέγω. credo, operarum vitio. interpretor, nullam rationem habuerim: nullo in pretio habuerim: non commemoratione dignum iudicauerim. Aristides Orat. p. 550. Ἐπὶ τῶν τραγῳδίας ποιητὰς οὐδὲ ἐν λόγῳ τιθέντων. Theocrit. Id. XIV, 48.

Ἄμμας δ' οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμῷ
Δύσανοι Μεγαρῆες ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ

quidlocus similimus est illi Homeri notissimo: Τμεῖς δ' Ἀργεῖοι οὔτε τρίτοι οὔτε τέτρατοι, οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀρετῇ vnde verbum ἀριδίλογος descendit, quod sumitur pro excellente, egregio, omnium sermone celebrando viro, de quo vide Wassium ad Thucyd. II, 10. Abresch. in Dilucid. p. 423. Wesseling. ad Diod. Sic. L. I. p. 5, consule etiam Vigerum de Idiot. C. III. S. VI. p. 81. qui etiam vna cum Hoogeveenio in C. V, S. XI, 7. ostendit: τιθέναι significare interdum *ducere*, *existimare*, *aestimare*, vt τιθέναι ἐμικρόν, ἐύτερον etc. Optime haec illustrant notata a Valkenario ad Herodot. L. II. p. 172. qui hoc loco mauult etiam τιθέμην, et praeter alia aduocat commode Eurip. in Androm. 209. τὴν δὲ Σπάρτην ὀυδαμοῦ τίθης. Contra vero ἀλογίη, est contemtus. quod verbum hoc sensu apud Herodotum aliquoties occurrit, vt IV, 150. ἀλογίην ἔχοι τοῦ χρηστηρίου apud eundem etiam ἐν ἀλογίῃ ἔχειν, ἐν ἀλογίῃ ποιεῖσθαι legimus. vide Valkenar. et Wesseling. L. VII. 208. p. 602.

ἀρετῆς] primum notent tirones, esse hoc loco ellipsin τῆ ὕβρεως, quae satis frequens est. consuli possunt Eustathius ad Il. Γ. p. 914. Stephanus in Append. ad Script. de Dial. p. 43. et 102. atque Lamb. Bos pag. 501. Deinde obseruetur vsus verbi ἀρετή, quod Graeci de quauis cuiusuis rei praestantia dicunt. Locum classicum fere inueni in Aristotele, Nicom. II. 5. ἔτι δὲ ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, οὗ ἂν ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδώσειν· οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν· ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἵππόν τε σπουδαῖον καὶ ἀγαθὸν δρομέα, καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην καὶ μάχεσθαι τοὺς πολεμίους. Sic apud Xenophont. Hier. XI, 5. est νεὼς — ἄριστος ἀρετῆ· apud Platonem in Crit. p. 117. T. III. ἀρετὴ τῆς γῆς est fertilitas terrae. quemadmodum etiam apud Diodor. Sic. L. III. p. 237. legitur: διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας. Etiam ἀρετὴ tribuitur carmini, notante Gisb. Cupero in Apoth. Hom. p. 96. Copiose huius verbi

latum vſum exponit Perizonius ad Ael. V. H. X, 22. atque in Curtio Vindicato pag. 68. adde Snakenburgium ad Curt. IX, 7, 16. Ἀρετὴν pro vigore corporis ſumit Stephanus in Od. Σ. 132. Ὅθι ἀρετὴν πυρίεχωσι θεοὶ καὶ γόνυ ὀρώρῃ vt Tyrtaeus, ſimiliter Pindarus in Pyth. X. ὃς ἀν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ πρωτεύσας τὸ μέγιστ' ἀέθλων ἔλῃ τύλωμ τε καὶ σθένα. Lucretius V, 964. *Et manuum mira freti virtute pedumque.*

Θρηίκιον βορέην] Cur Boreas appelletur Θρηΐξ et Θρηίκιος exponit Spanhemius ad Callimach. H. in Dian. 114. Κίμμ' ἐπὶ Θρήϊκι, πόθεν βορέαο κατάιξ ἔρχεται. nempe ideo quod in frigidis, qualis Thracia, regionibus, venti quidam cenſebantur indigenae, in tepidioribus autem locis extrinſecus ſpirare: notatque praeter alia Boream dici a Lycophrone: Θρᾳκίας κύων· vide eundem de Boreae antro in Thracia ad H. in Del. 65. et de Thracia ventorum patria ibi ad v. 26. docte agentem. adde Euſtathium ad H. I. v. 5. Barthium in Aduerſar. L. VI, c. 9. Caſaubonum ad Strabon. L. I. p. 50. ed. Almelou. Nolumus omittere verba Scholiaſtae Theocriti, ad Id. VII, 111. ὕντω δὲ ψυχροτάτη ἐστὶν ἡ Θρᾴκη, ὡς τρόπον τινὰ ἐγκατῴκων ἀνέμων κλῃδόνας· et alter: ὁι Ηδωνοὶ, ἔθνος Θρᾳκικὸν· ἔνθα ψύχος πολὺ γίνεται· δυσχείμερον γάρ ἐστι παρὰ καὶ τοὺς ἀνέμους ἐν αὐτῷ κατοικεῖν ἠμυθεύσαντο. Etiam Schol. Lucani ad I, 389. *Boreas cum Thracius*, notat: *quod illic eſt violentiſſimus.* Paullo alia ratio eſt loci Horatiani I, 25, 11. *Threcio bacchante magis ſub interlunia vento.* ad quem intelligendum mirifice faciunt notata a Burmanno ad Claudian. Ruf. I, 325. vbi docet recte, poetas ſaepe epithera deſumere a regionibus, in quibus maxima ſit vis earum, de quibus loquuntur, rerum, vbi quaſi patria earum atque domicilium. Ceterum frequenter vtuntur poetae ad celeritatem indicandam, comparatione hac. Homer. Il. K. 437. Λευκότεροι χιόνος, θέειν δ' ἀνέμοισιν ὄμοιοι. Sil. It. X, 10.

velocior inde
Haemonio Borea, pennaque citatior ibat,
Quae redit in pugnas fugientis arundine Parthi.

vide

vide plura data a Munkero ad Hygin. p. 161. et Spanhemio ad Callim. H. in Del. v. 112. σίνυν ἀνέμοισιν ἀείρας; vt et ἀνδρόνε et πεδήμεν ita ponuntur. vid. Dorvill. in Vanno Crit. p. 213. et Alberti ad Hesych. p. 109. 18. Liceat mihi hoc loco, vbi forte de stadio sermo est, coniecturam proponere, qua Quintilianum emendare iuuat. In Inst. Or. I, 10. 2. pro: *Nam iisdem fere annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt*, lego: *stadia*. Hoc enim dicendi genere vtuntur boni scriptores, vt auctor L. IV. ad Herenn. c. 3. *cum in artis* curriculum *descenderunt, illos, qui in eo, quod est artificii, elaborent, aiunt facere inmodeste: ipsi aliquem antiquum oratorem aut poetam laudant, aut scripturam, sic vt in stadium artis rhetoricae prodire non audeant.* vid. Broukhusium ad Propert. III, 20, 25. vbi legit: *Illic uel stadiis animum emendare Platonis* pro *studiis*. Praeterea τὸ *stadia* bene respondet verbo: *ingredi*. De Borea nihil opus est dicere quidquam. Quemadmodum Boreae violentiam tribuunt poetae: ita in Anthologia inedita Dioscorides Zephyro lenitatem tribuit.

Τὸν καλὸν ὃς ἔλαβες, κόμισαι πάλιν πρός με Θέωρον
Εὐφρογόρην, ἀνέμων πεπύστατε Ζέφυρε
Εἰς ὀλίγον τείνας μηνῶν μέτρον· ὡς καὶ ὁ μικρὸς
Μυρτιτὴς κήκριται τῷ Φιλέοντι πόνος.

Compara cum hoc carmine Fragment. Callimachi a Bentleio collecta p. 485. Ἀ νεῦς, ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς Ἀρπάξας. in v. 1. scripsi ὃς pro ὡς. nisi malis explicare, *quemadmodum rapuisti, ita redde.* in v. 4. in mentem veniebat χρόνος. sed videtur verbum πόνος multo exquisitius.

Τιθωνῶι] Tithonius, filius Laomedontis, quem Aurora ob pulchritudinem eximiam adamauit, quem denique senectutis vitaeque longinquitas in cicadam mutauit. vid. Scholia parua Homeri, ad Il. Γ. 151. Lambinum

binum ad Horat. II, 16, 30. Munckerum ad Hygin. Fab. CCLXX. et Burmannum ad Seruii Commentar. in Aen. IV, 585.

φυὴν] formae dignitas et gratia. ἄγασον εἶδος interpretatur Eustathius ad Il. Γ. p. 878. qui latius de hoc verbo agit ad Il. B. p. 328. φυὴν τινες νενοήκασι, inquit, τὸ ἐξ εἴδους τε καὶ ψυχῆς ἀγαθόν, ὃ φύσις ὑπ' ἄλλων καὶ ἤθους λέγεται. Εὑρηται δέ τι περὶ τῆς λέξεως ταύτης καὶ ἐν τῇ ἀ ῥαψῳδίᾳ· (v. 115.) καὶ νῦν δὲ ὁρατέον, ὡς διττὴ ἡ φυή. ἡ μὲν κατὰ τὰ ἐκτὸς, ὡς τὸ, οὐ δέμας, ἀδὲ φυὴν δεξιότης ἥουσα σωματικὴ καὶ εἰς ταυτὸν ἥκουσα τῇ κάλλει. — Ἡ δὲ τοιαύτη φυὴ ἀφ' ἧς καὶ πρόσωπον εὐφυὲς, ὡς καὶ μῆρα εὐφυῆς καὶ εἶδος λέγεται. καὶ ἄυτη μὲν ἡ κατὰ σῶμα φυή. καὶ ἦν ἄρτια καὶ τὸ φύηγε μὲν οὐ κακὸς ἔειν. Ἕτερα δὲ κατὰ νοῦν κ. λ. confer de hoc verbo Moschopulum ad Il. B. 58. Hoelzlinum ad Apollon. II, 37. Scherpezeelium ad Il. A. 115. et Vulcanium ad Moschi Id. II, 36. — Verbum χαρίεις sufficiat duobus epigrammatibus illustrare, quae Anthologia inedita exhibet. Prioris auctor ignoratur:

Εἶπα δὲ καὶ πάλιν ἔπτα, καλὸς, καλὸς, ἄλλ' ἔτι φήσω,
Ὡς καλὸς, ὡς χαρίεις ὄμμασι Δωσίθεος.
Οὐ δρυὸς, οὐδ' ἐλάτης ἐχαραξάμεν, οὐδ' ἐπὶ τοίχου
Τοῦτ' ἔπος, ἀλλ' ἐν ἐμῷ ἔσχετ' ἔρως κραδίᾳ.
Εἰ δέ τις οὐ φήσει, μὴ πείθεο· καὶ μά σε δαίμων
Ψεύσεται, ἐγὼ δ' ὁ λέγων ἀτρεκὲς οἶδα μόνος.

Simillimum huic Callimachi carmen editum iam est in Anthol. VII, 629.

Καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῶε, λίην καλὸς· εἰ δέ τις αὖχει
Φαίην, ἐπταίειν μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

Eundem

Eundem sensum habent versus Tibulli IV, 13, 5.

Atque vtinam posses vni mihi bella videri!
Displiceas aliis, sic ego tutus ero.

vbi illud distichon recte Vulpius laudauit quod interpres Callimachi p. 300. non satis accurate vertit: *Si quis negat Diocleм esse pulchrum: abstineat:* (non necesse hoc est addere, nec habet Graecus versus) *et ego solus eum habeam sine riuali.* In v. 1. illud παιδὸς, quo nomine Graeci παιδικὰ sua appellabant, belle illustrat Georg. D'arnaud in Specim. Animadu. Crit. p. 9. Neque alterius auctoris nomen additum est:

Οὐχὶ μάτην θνατοῖσι φάτις τοιάδε βοᾶται,
ὡς οὐ πάντα θεοὶ πᾶσι δέδωκαν ἔχειν.
Εἶδος μὲν γὰρ ἄμωμον, ἐπ' ἄμμασι δ' ἀπερίσσα-
μες.
Λιδὼς καὶ σέρνοις ἀμφιτέθαλε χάρις,
ὅστις καὶ ἠιθέους ἐπιδάμνασαι· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσσιν
οὐκέτι τὸν αὐτὸν δῶκαν ἔχειν σε χάριν·
Πλὴν κεφαλῆς κρύψεις ποδὸς ἴχνιον, ὤγαθε
Πύῤῥε,
Κάλλεϊ δὲ σφετέρῳ τέρψεις ἀγαλλόμενος.

Scripsi ἀπερίσσαμες pro ἄπερ. nunquam nemini me hoc verbum legere alibi. περίσσημα, quod Dores eloquuntur περίσσαμα, explicat Suidas T. III. p. 95. διαβόητα. ἀπερίσσητος a Stephano in Lexico laudatur. Sed malo verbum a priore deducere, et exponere per pudorem, qui non ambitiose se ostentat: per verecundiam simplicem. Virgineum pudorem in pueris maxime laudasse veteres poetas apparet ex locis, a Barnesio ad Anacreont. 67. p. 236. εἰ καὶ παρθένιον βλέμμα, collectis. in vlt. distich. fateor mihi aquam haerere. Si pro κρύψεις lego πρύψεαι et τέρψεις muto in τέρψῃ sensum habeo non malum. num vero etiam eum,

quem auctor carminis reliquit? Dicit: solis pedibus exceptis, puerum reliqua corporis pulchritudine gauisurum esse.

Κινυρέοιο πλέον] male. Steph. κινύρου πλέον. Sic et Of. Wint. et Hert. indicata tamen altera lectione κινύρεω βάθιον. Sed omnino et vnice vera esse videtur emendatio Camerarii κινύρεω βάθιον. quam etiam Grotius recepit. illus ex glossemate ortas esse puto. Nam βαθὺς saepe nihil est aliud quam μέγας. vide Tollium et Langbaenium ad Longin. S. II, 2. Saepe, inprimis apud Pindarum hoc sensu occurrit, vt Pyth. I, 127. βαθύδοξοι γέτονες. Nem. III, 92. βαθυμῆτα χάρων (nam etiam βαθὺς dicitur prudens. vid. Wesseling. ad Diod. Sic. Excerpt. de virt. et vet. p. 552.) Olymp. X, 10. βαθὺ χρέος. Schol. μέγιστον ἄθλημα. et VII, 27. ἐν δὲ πλέος βαθύ. Schol. πολὺ δόξα, prope vt in Anthol. p. 133. Μαιονίδαο βαθυπλεῖς ὄυνομ' Ὁμήρου. Immo in Il. Λ. 306. ἀργέσταο Νότοιο βαθείῃ λαίλαπι, vbi Schol. ait: ἀντὶ τοῦ μεγάλῃ, ἰσχυρᾷ. Inprimis vero βαθὺς dicitur de diuitibus et opulentis. Xenoph. Oecon. XI, 10. πῶς τάτας οὐχὶ βαθεῖς τε καὶ ἐξῳμένους ἄνδρας καὶ νομίσαι. quod Bachius, quem ibi vide, vertit: *potentes ac diuites*. Aelian. V. H. III, 18. ἐν ἀρίνῃ τε μάγαν καὶ πλούτῳ βαθεῖ. Iosephus Antiqu. L. 8. p. 293. ed. Col. πλοῦτον ποιῆσαι βαθύτατον, et B. I. L. VII. p. 969. ὁ βαθὺς πλοῦτος. vide Perizonium ad Aelian. XIII, 1. p. 841. ed. Gron. Spanhemium ad Callim. H. in Apoll. v. 65. et in Cerer. v. 114. I. F. Reitzium ad Lucian. Reuiu. T. I. p. 609. et Tox. T. II. p. 544. et Steph. Berglerum ad Aristoph. Lysistr. v. 174. Thomas Magister p. 138. ἐκ βαθέων ἐστὶν ὁ δαπανῶν οἴκων — ἢ ἐκ πλουσίων γονέων quo respicit ad Philostratum, vt notat Hemsterhusius, quem cum Stoebero vide. — Quare neque opus erat, vt Seuinus in Act. Societ. Paris. apud Pausaniam L. V. p. 411. Ἀσωπὸς δὲ ὁ βοιώτιος βαθυτέκνους πέφυκεν ἐκτρέφειν τοὺς σχοίνους, corrigeret μαχυτέκνους. male vulgatam lectionem sensum habere negat. recte enim vertitur *insigni magnitudine iuncum*. Suidas T. I. p. [illegible] βαθύχοινα· ὑψηλὰ σχοί-

vos

ταις φίλοντα — Vocales vero in hoc loco contrahuntur pronunciando in vnam syllabam: quod copiose docet Rad. Wintertonus ad Hes. ἔργ. v. 30. et 91. et Theogn. v. 714. adde Spanhem. ad Callim. H. in Ian. v. 87. et Clarkium ad Il. A. 1. B. 811. et E. 387. N. 523. — Cererum Cinyras fuit rex Cypri, celeberrimus ob summas, quibus abundabat, diuitias, vnde etiam in prouerbiis erat; κινύρου πλουσιώτερος. E multis vnum locum dabo Pindari, Nem. VIII. ὅσσῳ (scil. θεὸς) περὶ Κινύραν ἔβρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἔν ποτε Κύπρῳ· vid. interpretes Ouidii ad Met. X, 298. vbi, multis scriptoribus laudatis, Burmannus copiose de eo agit, et consule Munckerum et Staueren ad Hygin. Fab. 58. p. 124. Festiuum Stratonis epigramma finem imponat huic notae, in quo de diuitiis queritur:

Αἰ αἰ μοι, τὶ πάλιν δεδακρυμένον ἢ τι καταφὲς
Παιδίον; ἔσπον ἁπλῶς· μήθ' ὀδύνα· τί θέλεις;
Τὴν χέρα μοι κοίλην προσενίσσοχες· ὡς ἀπόλωλα.
Μισθὸν ἴσως αἰτεῖς· τοῦτ' ἔμαθες δὲ πόθεν;
Οὐκέτι σοι κοπτὸς πλακοῦς φίλος, οὐδὲ μελιχρὸς
Σήσαμαι, κοὐ καιρὸν παίγνιος εὐσυχίη·
Ἀλλ' ἤδη πρὸς κέρδος ἔχεις φρένας· ὡς ὁ διδάξας
Τεθνάτω· οἷον μ' παιδίον ἠφάνισεν.

Quod ad sensum attinet, similimas querelas effudere saepe Graeci et Latini poetae, vt ex his Ouid. Amor. I, 10. compara III, 8. et Tibullus I, 4, 59.

At tibi, qui Venerem docuisti vendere primus,
Quisquis es, infelix vrgeat ossa lapis.

ex iis Anacreon c. 46. fere similiter vt h. l. διδάσκετε κέρδεα δούλους ἐ τὸν ἄγγυρον φιλήσειν κ. λ. — ΧΙΙ v. 5. chartae

chartae exhibent κοινῆς φίλης πλαναῖς. Sed credo me rem acu tetigisse. Coniiciebam primum ἐπτὸς. sed male. Apud Athenaeum L. XIV. occurrit, ne quid dicamus de medicis antiquis, p. 647. κωτοπλανεῖς; et p. 648. ἐπειδὴ καὶ κόπτην τινὰ καλεῖτε — vbi plura sunt; quae huc pertinent. Adde Iungermannum ad Polluc. Onom. VI, 81. p. 614.

μελιχόγηρυν] Callimach. in epigr. L. p. 320. Τὸν ἐχεμύθησεν κύκλον μελίγηρυν ἱππόνικος. frequentissime veteres scriptores, si eloquentiam hominis suauitatemque oris indicare volunt, formulas repetunt a melle. nam mel de eloquentiae suauitate vsurpatur. vid. Heinsium in Aduers. L. IV. c. 1. p. 557. Hinc Phauorinus p. 496. μελίγηρυς, εὔφωνος, ἡδύφωνος. Pindar. XI, 4. μελιγάρυες ὕμνοι: apud Sponium in Misc. Er. Antiqu. p. 46. in inscript. Τὴν κυανώπιν Μοῦσαν Ἀηδόνα τὴν μελιγήρυν — τύμβος — ἔχει. Exemplum scriptores repetiisse videntur e loco noto Homeri de Nestore: A. 249. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Hinc inprimis Pindarus pulchre, pro lyricis concessa audacia, in Ol. VII, 12. dicit: καὶ ἐγὼ πέμψαι χρυσέων Μοισᾶν δόσιν ἀγλαοφόροις Ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρπὸν φρενός. et Nem. III, 134. de hymno suo: πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ Σὺν γάλακτι κιρναμένα δ' ἕρσᾳ ἀμφέπει πόμᾳ ἀοίδιμον. Venustę etiam in Anthol. Hecd. p. 394. Euripidem τὴν μελίγηρυν ἀηδόνα poeta appellat, et p. 135. Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον ὀλίγῃ μικρόν, Ἀλλ' ὅλον ἐκ μέσσων κιρναμένων μέλιτι. Theocrit. VII, 82. Ὄφρα δὲ γλυκὺ μοῦσα κατὰ στόμα χέῃ ἑκάστῳ. Sed nihil suauius istis dulcissimis versiculis apud Athenaeum L. XV, p. 685. Τί μελαίχμας μὲν ἐσορᾷν, ἀναπεπτὸν δ' ὀλισθάνειν, καὶ μελιλώτινον λαλεῖν καὶ ῥόδα κροσσοπωλεῖν ἢ φιλεῖν μὲν ἀρίστοκον, κροσσωτὸν δὲ στέλλειν καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνειν illinque venustis e Cantic. Salomonis, IV, 11. Κηρίον ἀπορρέουσι τὰ χείλη σου, Νύμφη, μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσαν σου. quibus nihil memini venustius dicere Catullum, atque Anacreontem, mortalium lepidissimum. Hinc verba μελίῤῥυτος, μελίῤῥοος, μελίγλωσσος, μελίμολπος, μελιστε-

μέλιτται, aliaque, de quibus vide Erhardum et Weirnium ad Petron. c. 1. p. 9. Graeuium in Lect. Heſiod. c. 20. p. 104. Stanleium ad Aeſch. Prometh. v. 171. p. 722. et Bergleruum ad Ariſtoph. Av. 909. Conſule etiam Euſtathium ad Il. Γ. p. 858. Schwebelium ad Moſch. Id. IV, 35. et Bion. IV, 11. Barneſium ad H. A. 294. Ger. Horreum in Animadu. Sacr. et Prof. p. 147. et Io. Chr. Wolfium ad Poetriar. Fragm. p. 5. et Fragm. Sapphus, p. 237. Comparationis eloquentiae cum melle exempla plura dat Barthius ad Calpurnii Ecl. IV, 151. Hinc et Platonis in ore fauum apes finxiſſe et Pindarum ab apibus nutritum eſſe dixerunt veteres: vid. Aelian. V. H. XII, 45. Quid quod apum ſpecie aſſumta Muſas duces fuiſſe claſſis, cum Athenienſes in Ioniam coloniam deducerent, narrat Philoſtratus Icon. L. II. p. 793. Conſule de comparatione poetarum cum apibus Muretum in Var. Lect. VIII, 1. atque hinc quoque ſuſpicor, ob ſuauitatem carminum apis imaginem exhibitam fuiſſe in numo Homero dicato, et a Cupero in Apotheoſ. p. 8. allato, etſi ſciam, id quod Pignorius in ep. 48. pag. 212. ſeq. (Symbol. Epiſt. L. I. ed. Patau.) qui aliqua habet huc pertinentia, oſtendit, Smyrnaeos hac nota numos ſignaſſe. Nam quid? ſi hoc hinc reperendum eſt, quod Smyrnaei etiam Homerum ſuum ciuem eſſe dicerent putarentque, conſulatur vir immortalis Spanhemius de Vſu et Praeſt. Numiſm. Diſſ. IV. p. 170. et lege, quamuis hic libellus rarius occurrat, Io. Petri Bellorii notas in numiſmata tum Epheſia tum aliarum urbium apibus inſignita: inſertus eſt ille tamen Theſauro Gronouiano T. VII. p. 401. Puto etiam apud Plutarchum in Vit. decem Rhetor. 1540. verba: αὐτῷ δὲ ἰσοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐστὶν ἀρὸς τριάκοντα πήχων, ἐφ' οὗ στήλην πηχῶν ἑπτὰ συμβολικῶς, ὅς ἐστιν οὐ σαφῶς, Robertum Britannum non inepte vertiſſe: *ipſius vero Iſocratis erat in monumento aries cubitorum ſex, ſuper quem erat* apum *domuncula, cubitis alta ſeptem, coniecturaliter atque aenigmatice additis, quae ipſa quoque perlit*, et legiſſe

legisse fortasse Σείρη. Hesychius: Σείρη — καὶ μέλιττα ἢ μελίττης ὄικος. Suidas: Σειρὴν ζῶόν ἐστι πτηνοειδὲς, μελίσση παραπλήσιον quanquam huic meae opinioni obstare videtur auctoritas Philostrati de vit. Sophist. p. 505. ed. Morell. Certe etiam Siren symbolum eloquentiae fuit, docentibus id eruditissimo viro, Io. Bened. Carpzouio, in libro bonae frugis pleno de Paradoxo Stoico Aristonis Chii etc. S. II. c. 2. p. 274. et Riccio in Dissertat. Homericar. T. III. p. 142. Sic apud Phauorinum est: Σειρῆνα μέλη γλυκύτατα. In Anthol. I. p. 134.

Πίνδαρε μισέων ἱερὸν τόμον καὶ λάλε σειρὴν
Βακχυλίδη.

et in L. VII. p. 600. σὺ δὲ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις, Κεῖνο τὸ σειρήνων γλυκερώτερον. In Museo Veronensi p. 219. inscriptio Menandrum vocat Σειρῆνα Θεάτρων: et in Donii Inscript. p. 336. legitur:

Ἢ πολὺ σειρήνων λιγυρωτέρη ἢ παρὰ Βάκχῳ
Καὶ Θοίνας αὐτῆς χρυσοτέρη Κυπρίδος.

confer Menagium ad Diog. Laert. VII. 160. p. 330. et Burman. ad Petron. c. 127. p. 608. Atque etiam in Gorii gemmis astriferis t. 134. Siren citharam pulsat. vide Passerium in T. II. p. 165. Ad meam sententiam interim illustrandam forte aliquid facit epigramma in Sophoclem in Anthолog. Brod. III. p. 396.

Ἀεί τοι Βάπτωσι περισσέζοιτο μέλισσαι
Τύμβος, ἑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτος.

Nec omittere debeo, Sophoclis sepulchro Sirenem impositam fuisse, teste antiquo illius vitae auctore: φασὶ δὲ ὅτι καὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ σειρῆνα ἐπέστησαν. vt luscinia cum pullis Orphei sepulchrum ornabat. vid. Pausan. L. IX. p. 769. Licet vero in hac dicendi ratione illustranda iam copiosior fuerim, lubet tamen, ob similis verbi exemplum, addere carmen adhuc inedi-tum Σαπφῦς, e codice Lipsiensi:

Ἠλθέν

Ἦλθέν μοι μέγα πῆμα, μέγας πόλεμος, μέγα μοι πῦρ,
Ἤλασσας, πλήρης τῶν ἐς ἔρωτ' ἐτέων,
Ἦλθε δὲ σὺν πώγωνι τοῦ οἱ φίλον· αὐτὸς ἑαυτῷ
Εὔξατο τὴν θυσίην πρὸς θεὸν εὐξάμενος·
Αὐτὰ τὰ καίρι' ἔχων ἐκκαίδεκα, καὶ μετὰ τούτων
Πάσας καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας χάριτας,
Καὶ πρὸς ἀναγνῶναι φωνὴν μέλι, καὶ τὸ φιλῆσαι
Χείλεα καὶ τὸ λαβεῖν ἔνθα ἀμεμπτότατον.
Καὶ τί πάθω; φασὶν γὰρ ὁρᾶν μόνον ἦρ ἀγρυπνήσαι
Πολλάκι τῇ κενεῇ Κύπριδι χειρομαχῶν.

In v. 3. quaedam mutauimus. Chartae habent ἃ. sed sequentia docent, poetam dicere voluisse, hoc ipsi gratum esse. Mox exhibent eaedem: πρὸς σὲ τὸν ἐυξάμενον. Male: ipse sibi hoc precatus est. Deo sacrificium vouens. notum est Graecos dicere, εὔχεσθαι θυσίαν, ἱερεῖον, κ. λ. Certe, qui possit dari his versibus sensus, video nullum alium. Vltimum distichon explicare nolo. Sed solent in vniuersum antiqui poetae, vbi alicuius rei suauitatem describere volunt, a melle comparationes repetere. Rem illustrabo vnico epigrammate Meleagri, quod primus edo:

Ἡδὺ μὲν ἀκρήτῳ κεράσαι γλυκὺ νᾶμα μελίσσων
Ἡδύ τε παιδοφιλεῖν κ' ἀστὸν ἑόντα καλόν.
Ὅσια τὸν ἀβροκόμην τέρψει Κλεόβουλον Ἀλέξις
Ὄντως θηητὸν Κύπριδος ὀργανέλα.

in vlt. v. recepi marginis lectionem. textus habet: θνητὸν. sed etiam marginis lectio vitiosa. nam talis est: Θηητὸν

Θαπτὸν ὄντως τὸ — οἰνομέλι. nempe aquabant veteres potiones mixtas, et cum aquam tum vinum miscebant melle. vid. Henr. Meibomium de cereuis. c. 20. et Petr. Paul. Iuſtum, eruditiſſimum et amabiliſſimum hominem, in Specim. Obſeru. Critic. c. VII. p. 18. Atque hinc verbum μελιχρὼς et alia deducenda ſunt. Dioſcoridis exſtant verſiculi in Stratonis Anthologia inedita:

Σπευδὴ καὶ λιβανωτὲ καὶ οἱ κρητῆρι μιγέντες
Δαίμονες, οἳ φιλέουσι τέρμασι ἐμπεσέειν,
Ὑμέας, ὦ σεμνοί, μαρτύρομαι, ἆς ὁ μελιχρὼς
Κῦρος Ἀθηναῖος πάντας ἐπωμόσατο.

v. 1. in Heſych. lego: Λίβανος τὸ δένδρον καὶ τὸ ὄρος. Λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ εἶδος θυμιάματος. et ſic aliquoties in ſacrificio λιβανωτοῦ mentionem facit Ariſtophanes. adde Suidam T. II. p. 444.

Εἰ μὴ — ἰσάμενος] citat hunc locum Plato loco modo laudato: εἴρηκας γοῦν ὧδε ἐν τοῖς ποιήμασιν, ὡς δυδαμῶς τοὺς τοιούτους ἀνεχόμενος „Οἱ μὲν τολμήσασι μὲν ὀρῆν φόνον „πλησάτεντα, Καὶ δηΐων ὀρέγοντ' ἔγγυθεν ἰσάμενοι;" vbi Stephanus notat redundare vocularn μέν. Equidem puto Platonem hos verſus aut memoria fretum laudaſſe, aut etiam mutatis quibusdam ad ſuam orationem tranſtuliſſe eidemque aptaſſe.

ἰσάμενος] poſitum eſt pro ὁρῶν, vt ſaepe ſic ſolent Graeci. vide Perizonium ad Aelian. V. H. III, 17. p. 234. et in Ind. Kuhnium ad XIII, 41. ἐνὶ ἀγυιᾶς μετὰ φωνήσας ἀποδυήσκων. Vigerum de Idiotiſm. C. VI. ſ. 1, 13. et Valckenar. ad Eurip. Phoeniſſ. 711. Semel pulcherrimo viri doctiſſimi commentario euoluto de duobus locis perpauca addemus. in v. 246. legitur: Νῦν δέ μοι πρὸ ταχέων Θάνατος μολὼν Ἄρης αἷμα δαΐων φλέγει Τρῶ̈ν· ὁ μὴ τύχοι πόλις. non opinor dici poſſe vlla modo φλέγειν αἷμα, vtſi ſciam quid auſi ſint veteres Tragici. Sed verecundior reliquis Euripides.

Neque

Neque ideo improbo coniecturam Valckenarii, θᾶμα. Ego malim πνέει. quod bene puto conuenire Marti, vt apud Homerum est μένεα πνείων. vid. Eustath. ad Il. Γ. p. 813. Pindar. Pyth. X, 69. θρασείας δὲ πνέων παρδίας, et vt πνεῦν φόνον dicunt. vide Iac. Rhoer in Fer. Dauentr. L. I. c. 3. et adde Heinsium ad Ou. Metam. V, 348. atque Abresch. in Animaduers. ad Aeschyl. p. 75. et 289. Ita etiam legisse videtur Grotius, qui vertit: *Saeuo Mars grauis impetu spirat nil nisi sanguinem.* Porro v. 506. Ἀσπῶν ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολάς. malo ἡλίου θ' ὡς ἀντολάς. minus certe recedit haec correctio (nam correctione locum egere patet) a vestigiis litterarum. Video quidem Cl. Valckenarium ad v. 1409. iis assentiri, qui ὡς pro πρὸς de animatis tantum dici putant, sed re considerata, rectius quosdam contra disputare arbitror. vid. Ernesti ad Xenoph. Mem. Socratis, II, 7. p. 99. et eundem Clarkiumque ad Odyss. XVII, 218. inprimis vero Oudendorp. ad Thom. Magistr. p. 933. Neque vero ὡς pro πρὸς poni arbitror, vt Vigerus atque Dearius existimant, atque etiam Wolfius ad Libanii Epistol. L. III. p. 149. sed est haec elliptica dicendi ratio. vnde etiam saepe Lucianus ὡς πρὸς dixit. v. Iensium in Lection. Lucian. p. 46. 47.

Ἡ δ' ἀρετὴ κ. λ.] Totum hoc distichon cum sequenti legitur etiam in sententiis Theognidis v. 997. nisi quod pro νέῳ positum est σοφῷ Operae vero pretium est repetere, quae Camerarius in ὑπομν. p. 113. notauit de h. l. Τὸ τετράστιχον ἐν τῇ Στοβαίου γνωμολογίᾳ ἔκκειται ὡς τοῦ Τυρταίου ὄν, ἀντὶ δὲ τοῦ σοφῷ ἐκεῖ τίθεται γέρῳ. Λέγει δὲ, ὅτι ἡ πολεμικὴ ἀρετή ἐστι τὸ τολμᾶν ἀδεῶς τῇ συσπάδην μάχῃ τοῖς ἐναντίοις ξυμβαλεῖν. τὸ δ' ἄλλον προπέμψαι κάλλιστόν φησι τοῖς νέοις τῶν ἀνδρῶν ὡς τὸ φέρεσθαι καὶ νομίζεσθαι αὐτὸς ἐκεῖνο, ἡγοῦν τὴν δόξαν τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς. ἔναγχος δὲ καὶ ξυνὸν, ἡγοῦν κοινὸν τοῦτο ὄφελος τῇ τε πόλει, καὶ τῷ λαῷ ἅπαντι, ἢν τις ὑποσαίῃ τὴν τῶν πολεμίων ὁρμὴν καὶ ἀμύνηται ὑπὲρ τῆς πατρίδος. κ. λ. vide quae ad hunc locum illustrandum attulit Barthius in Aduers. L. VI, c. 6. et adde e Quinto Cal. IV, 322. Κῦδος γὰρ νέῳ ἀνδρὶ

ἀνδρὶ φέρειν ἀπ' ἀγῶνος ἄεθλον. Aliter loquitur Strato cum puero a se amato, cuius carmen edemus:

Ἤδη ἐπὶ στρατιῆς ὁρμᾶς, ἔτι παῖς ἀδαὴς ὤν
Καὶ τρυφερὸς, τί ποιεῖς οὗτος; ὁρῶ μετάθε·
Οἵ μοι, τίς σ' ἀνέπεισε λαβεῖν δόρυ; τίς χερὶ πέλτην;
Τίς κρύψαι ταύτην τὴν κεφαλὴν κόρυθι.
Ὦ μακάρισος ἐκεῖνος, ὅτις ποτε καινὸς Ἀχιλλεὺς
Τοίῳ ἐνὶ κλισίῃ τερπόμενος —

Vltimum verbum in chart. Lipſ. eſt κλισίῃ· quod facile emendari poteſt, quoniam ſenſus non eſt obſcurus. Ego iis in locis, vbi multa verba ita reſtitui poſſunt, vt quodcunque reiici nequeat, nihil omnino agere ſolèo, totamque rem cuiuscunque arbitrio relinquere. Plurimos credo h. l. a verbo κᾶδαι emendationem deriuaturos eſſe. Ego interim ſcribo: κίστᾳ. Ceterum puto reſpici ad hiſtoriam. Nam Achilles Patroclum turpiter amaſſe dicebatur. v. Drelincurtii Achillem Homericum p. 115.

Κάλλισον τε κ. λ.] Belle et pulchre (nam quid curemus ludi magiſtrorum ſupercilium, qui non niſi Latine ſcribunt, ſomniant, edunt etiam, credo, potant et liberos procreant?) Malherbe II, 66.

Ceux, à qui la chaleur ne bout plus dans les veines,
En vain dans les combats ont des ſoins diligens.
Mars eſt comme l'Amour: ſes travaux & ſes peines
Veulent de jeunes gens.

Sed ornauit etiam noſtra aetate laurus aeterna cana tempora *Schwerinii*, herois diuini, in praelio apud Pragam occiſi, aut potius, dum iuuenili ardore accenſus victrices *Friderici M.* cateruas duxit, immortalitatem nominis adepti. Iuuat intexere initium carminis, a poeta maximi ſpiritus illius manibus dicati, praeſertim cum non abhorreat a Tyrtaei ingenio.

Victoria,

Victoria, mit uns iſt Gott,
Der ſtolze Feind liegt da!
Er liegt, gerecht iſt unſer Gott,
Er liegt, Victoria!

Zwar unſer Vater iſt nicht mehr,
Jedoch er ſtarb ein Held,
Und ſieht nun unſer Siegesheer
Vom hohen Sternenzelt.

Er gieng voran, der edle Greiß,
Voll Gott und Vaterland!
Sein alter Kopf war kaum ſo weiß,
Als tapfer ſeine Hand.

Mit muntrer jugendlicher Kraft
Ergriff ſie eine Fahn,
Hielt ſie empor an ihrem Schaft,
Daß wir ſie alle ſahn.

Und ſagte: Kinder, Berg hinan
Auf Schanzen und Geſchütz.
Wir folgten alle, Mann für Mann,
Geſchwinder, wie der Blitz.

Ach! aber unſer Vater fiel,
Die Fahne ſank auf ihn,
O welch ein glorreich Lebensziel,
Glückſeeliger Schwerin!

Denn Friederich hat dich beweint
Indem er uns gebot,
Wir aber ſtürzten in den Feind,
Zu rächen deinen Todt &c.

Quis haec legit, quin incalescat, quin efferatur animo, quin admirerur imperatorem summum, quin laudet poetam, eandemque spiritus magnificentiam Apollinem Musasque oret?

Ξυνὸν] quae sequuntur, etiam Stobaeus seruauit l. c. vnde forte Frob. p. 229. eaque cum prioribus coniuncta ediderunt Steph. Herr. Wint. Lect. id quod nos quoque nunc fecimus, Londinensis etiam editoris auctoritate accedente.

ἐπὶ πάχυ] Steph. H. W. ἐπίπαγχυ. minus recte. vide Clarkium ad Il. K. 99. φυλακῆς ἐπὶ πάγχυ λάθωνται, vbi recte alteram lectionem ἐπίπαγχυ improbat. Est enim verbum ἐπιλάθηται. minus etiam recte editur in editione Heinsiana Hesiodi, ἔργ. 262. σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπιπάγχυ λάθεδε.

Θυμὸν παρθέμενος] Forte expressum ex illo Homeri Od. B. 237. αἳ δὴ γὰρ παρθέμενοι κεφαλάς. paullo aliter dicitur Od. Γ. 74. τοίγ' ἀλόωνται ψυχὰς παρθέμενοι. Schol. ἀριθήσαντες ἑαυτῶν, παραβαλόντες. Sed Quintus Cal. IX, 277. Ἀλλ' ἄγε Θυμὸν παρθέμενοι πονεώμεθ' ὑπὲρ μένος. (vid. Dorvillum ad Chariton. p. 266.) et Il. I. 372. αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν· et eodem sensu apud Sophocl. Antig. 328. ἐπ' ἀργύρῳγε τὴν ψυχὴν προδὰς, Pausaniam Messen. c. 10. προϊέσθαι τὰς ψυχὰς et in Anthol. Cephalae, p. 97. τὸ κυβευθὲν πνεῦμα legitur. conf. Drakenb. ad Sil. It. I, 225.

Θαρσύνῃ δὲ πεσὼν] In Frob. deest δὲ, male. — Egregio exemplo memini hunc versum illustrari posse e Xenophont. Cyropaed. L. III. p. 85. ἅμα πορευόμενοι οἱ ὁμότιμοι φαιδροὶ καὶ πεπαιδευμένοι, περιιόντες ἀλλήλους, ὀνομάζοντες παρασάτας, ἐπισάτας, λέγοντες πολὺ τὸ, Ἄγετ' ἄνδρες φίλοι, ἄγετ' ἄνδρες ἀγαθοὶ, παρεκάλουν ἀλλήλους ὑπεσθαι. — Quantum laetatus esset, si audire potuisset, Tyrtaeus hoc militum clamore!

σπουδῇ] vt ἀσπεδὲς est ignauiter, v. c. Il. X. 303. ita σπεδῇ explico fortiter, strenue, alacriter, celeriter. Schol. ad Odyss. O. 209. σπεδῇ νῦν ἀνάβαινε, interpretatur: ἐσπουδασμένως, κατὰ τάχος. et Eustath. ad Il. B. p. 342. Ἰστέον δὲ, ὡς οἱ τεχνικοὶ τὸ, σπεδῇ, ἤγαγε τὸ ἐπιδεῖν ὁμηρικὸν

κὰν ἐπιβρῆμα λογίζονται, ὁμοίως τῷ, κομιδῇ, ἀντὶ τοῦ λίαν καὶ σὺν ἐπιμελείᾳ. Et quod fere simile est huic loco Il. N. 687. Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ — Σπουδῇ ἐπαίσσοντα νεῶν ἔχον, *acriter irruentem a nauibus prohibeant.* Nam ego etiam hoc loco ἔχω puto explicari debere per κωλύειν, ἐπέχειν, (ita vt sensus sit idem qui est apud Pind. Nem. IX. ἀκούειν λοιγὸν Ενυαλίου.) non verti cum Gesnero: *suaque opera praelii fluctus regit.* aut Hertelio: *sua industria praelii fluctus regit.* quanquam et Grotius vertit: *Qui belli fluctus arte manuque regit.* vide Eustath. ad Il. E. p. 1130. ed. Polit. et Φ. p. 1224. l. 12. p. 1226. l. 48. et T. p. 1193. l. 45. ed. Rom. Ita etiam Il. E. 492. Νωλεμέως ἔχέμεν. *Vt incessanter* hosti *obsistant.* Schol. συνέχειν ἢ ἀντέχειν πρὸς τὴν μάχην, καὶ μὴ ἐνδιδόναι. Pindarus Isth. VII, 49. προμάχων ἂν ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι ἔσχον πολέμοιο νέκυας. *sustinuerunt.* et in Anthol. III. p. 298. ἐρατὴν γὰρ ἀπωλεσάμενοι νεότητα Τρηχαίην πολέμου δεξάμενοι νεφέλην. Sed, siue *sustinere*, siue *repellere*, hoc loco vertas, vtrumque non malum, meliusque vulgari interpretatione, quae similis esset illis Il. A. 165. τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμου χάεται ἐμαὶ διέπεσι. — Quis intelligit Osium? *Sustinet et belli fluctibus acer agi.*

κῦμα μάχης] Vt hoc dicendi genus melius intelligatur, quaedam monere iuuat. Primum igitur obseruent Graecarum litterarum studiosi, vti Graecos τῷ κύμα, similibusque a fluctibus et aequore repetitis formulis de calamitate, de malis etc. Euripid. Hippol. 823. κακῶν δ' ὁ πάλαι πέλαγος ἐκτρῶ τοσόνδ', ὥστε μήποτ' ἐκπνεῦσαι πάλιν, μηδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς. Sophocles non semel, vt in Aiac. 1107. Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν. Antigon. 168. τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν. in Oedip. Colon. 1303. πόντοθεν βορέας ὥς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονέσας· ὣς καὶ τόνδε κατάκρας δαναὰ κυματοαγὴς ἄτας κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι. Pariter etiam in Trach. 114. et Oedip. Tyr. 23. πόλις γὰρ ὥσπερ κ' αὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν ἤδη σαλεύει, κἀνακυφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ' οὐκ ἔστι· φοινίου

σύλου. Sed non licet omnia huc transferre. Pindar. Ol. X, 46. βαθὺν ἐς ὀχετὸν ἄγκυραν ἵζουσαν ἐὰν πόλιν. Aeſchyl. Prom. Vinct. 1014. οἷος σε χαμαὶ πρὸ πακῶν τρικυμία ἔπεσ' ἄφυκτος (quanquam hic et vrbem cum naui comparat, vt in Sept. c. Theb. 2. et in Supplic. 349. et Sophocles in Antigon. 196. vid. Berglerum ad Ariſtoph. Veſp. 29. Cerdam ad Aen. I, 152.) Lycophron. 228. Οὐκ ἂν τοσῶνδε κῦμ' ἐπέκλυσε πακῶν, vbi vide Potterum. et vide, qui plura dederunt, Ritterhuſium ad Oppian. Halieut IV, 195. Schultenſium ad Iob. T. I. 409. Cerdam ad Aen. I, 109. Steph. Berglerum ad Alciphron. I, 13. et Ariſtoph. Plut. 270. et Staveren ad Fulgent. p. 600. Inde et χαμάζεδαι ponitur pro calamitatibus premi, docente Spanhemio ad Ariſtoph. Ran. 364. et βαπτίζεδαι, eodem ſenſu, vt obſeruant Weſſeling. ad Diod. Sic. L. I. p. 85. Dorville ad Chariton p. 176. et Iac. Rhoer in Feriis Daventrienſ. L. II. c. 15. Porro, vt progrediamur, quaecunque tempeſtati conueniunt, tribuuntur etiam a poetis bello. Inde et νίφος belli, vt Il. P. 243. ἐπεὶ πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει, vt etiam Virgil. Aen. X, 809. *nubem belli* dixit. atque Georg. IV, 560. *Caeſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello.* (confer ad haec Addiſonium in *Dialogues upon the Uſefulneſſ of Ancient Medals* p. 76.) fere vt in Anthолog. I, p. 11.

Μάρτυρες ἀκτίνων Γερμανικὸς ἂς ἀνέτειλεν,
Ἀγρίππων Κελτοῖς πουλὺν ἐνυάλιον.

et ſic *tonare* quoque dicunt de bello, obſeruantibus Drakenborch. ad Sil. It. I, 436. et XI, 525. atque Oudendorpio ad Lucan. I, 254. Pindar. Iſthm. IV, 26. ἀλλ' ἁμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ τραχεῖαι νεφὰς πολέμοιο τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμωσεν μάχαιραν ἑσίαν. Νῦν δ' ἄν μετὰ χαμαίρων ποικίλων μηνῶν ζόφον, χθὼν ὥστε, φοινικόεσσιν ἄνθησεν ῥόδοις. quem locum, vt ſolet, miſere vertit Schmidius pulcherrimum. ſed credo legendum eſſe ἄνθησεν, ita vt hoc verbum ad ἑσία referatur. Et ſic porro alii. Sophocl. Antig. 680. Δορὸς τ' ἂν ἐν χαμαῖσι προστεναγμένον μένειν — παρασάκην. Eurip. Suppl. 474. πολὺς πλύ-

δων

δεῦ Ἡμῖν τε καὶ σοὶ συμμάχοισι τ' ἔπειτα δόρυ. et Phoeniſſ. 866. ἐν γὰρ κλύδωνι πάμεσθα - δορὸς Δαναοεδῶν. In Anthol. III. p. 287.

Οὔτινα γὰρ τοῖονδε νέων ὁ φθαίματος Ἄρης
Ηνάρισε συγερῆς ἐν προφάλεγγι μάχης.

vide Valckenar. ad Phoen. v. 284. Denique quemadmodum apud Homerum ſaepe eſt ἐπέρρεε ἔθνεα πεζῶν (v. P. Moll. ad Long. Paſtor. p. 108.) vt apud Virgil. Aen. XII, 444. *omnisque relictis turba* fluit *caſtris*, (vid. Heinſium ad Aen. XI, 236. *fluuntque ad regia plenis Tecta viis*) et *vnda* populi, *inundare* de populo: (v. Dorvillum ad Chariton. p. 704. et nos in Miſcellan. Critic. Traiecti ad Rhen. editis p. 61.) atque etiam *nimbus*, notante Burman. ad Claudian. p. 8. dicitur. (ſicut de magna multitudine νέφος, vt νέφος πεζῶν. Il. II. 66. κυάνεον Τρώων νέφος. Schol. τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. et idem ad Il. P. 755. ſcribit: νέφος νῦν τὸ πολὺ τῶν ὀρνέων πλῆθος. v. Euſtath. ad Il. Δ. p. 1026. Perizonium in Curt. Vindic. p. 82. Potterum ad Lycophr. 569. Gatakerum in Aduerſar. c. 2. p. 5. Barneſ. ad Iliad. P. 243. et Weſſeling. ad Herodot. VIII. p. 670.) ita etiam alia a fluuiis, aequore, vndis, transferuntur ad bellum, exercitus, milites. Ita apud Plutarch. T. II. p. 5. ὅγε μὴν πόλεμος χαμαὶ ῥέου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων. Atque heroes fluuiis comparantur ſaepe a poetis. vt Il. Λ. 492. Aiax. a Quinto Calabr. X, 171. pariter, et XI, 228. exercitus cum fluctibus maris, a Virgilio X, 602.

Talia per campos edebat funera victor
Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
More furens.

confer XII, 523. et Valerium Flacc. VI, 389. vide plura collecta a Drakenborch. ad Sil. It. XVII, 122. IV, 522. etc. et Dorvill. ad Chariton. p. 573. Pulcherrime etiam Gallorum Horatius, Malherbe, L. II. p. 33.

Tel qu'a vagues épandues
Marche un fleuve impérieux,
De qui les neiges fondues
Rendent les cours furieux:
Rien n'eſt ſeur en ſon rivage,
Ce qu'il trouve il le ravage,
Et traisnant comme buiſſons,
Les Cheſnes & leurs racines,
Oſte aux campagnes voiſines
L'eſperance des moiſſons:

(quod Malherbe expreſſit ex Aeneid. II, 305. et Horat. III, 29, 26. Odar. id quod notare oblitus eſt Menagius)

Tel, & plus epouvantable,
S'en alloit ce Conquerant &c.

Denique vtuntur etiam, vt h. l. verbis κῦμα et *fluctus* in hac re. Aeſchylus, ſed paullo audacius fere, in Sept. c. Theb. 63. βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον τριτοῦ, vbi Schol. παρακεκινδυνευμένως δ' εἶπε. et v. 116. κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν ἐχμιόλοφον ἀνδρῶν καχλάζει πνοαῖς ἄρεος ὀρόμενον. vide Stanleium ad Perſ. 90. vbi laudat eCiceron. ad Att. ep. 4. L. VII. *fluctum enim totius barbariae ferre vrbs vna non poteſt.* adde Sil. It. IX, 527.

Quantos Gradiuus fluctus in Punica caſtra,
Reſpice, agit:

vbi vide Drakenborch. et ad VIII, 32. atque Abreſch. in Animadu. ad Aeſchyl. p. 159. Sic arbitror etiam bene explicari poſſe ex his exemplis Horatium II. 7, 15.

Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit aeſtuoſis,

neque cum Dacierio, ad hiſtoriam reſpexiſſe poetam, fingendum eſſe. Poetice tantum dixit: tu rurſus abreptus es in bellum. Sed Dacierius plerumque vidit multa, quae nullus alius, vt v. 18.

Longaque feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea,

intelligit

intelligit per laurum praesidium Maecenatis. quo nihil ineptius dici cogitarique potest. Vt autem paucis dicam, nec longior fim, eodem sensu similique figura, vt Tyrtaeus, dixit Pindarus Isthm. VII, 37. ἅς τις ἐν ταῦτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος πρὸ φίλας πάτρας ἀμύνεται λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ ἀστῶν· et Nem. IX, 89. παῦροι δὲ βλεῦσαι φόνε παροδίᾳ νεφέλαν τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας χερσὶ καὶ ψυχᾷ δυνατοί. — Finem huic disputatiunculae imponat locus Hieron. Vidae ex Poeticor. l. III. (nam hunc Vidam semper ad eos retuli, qui felicissima imitatione veterum poetarum elegantias expressérint, quorumque carmina non minorem spirent suauitatem, quam fructum legentibus afferant) ille igitur sic:

Saepe ideo cum bella canunt, incendia credas
Cernere, diluuiumque ingens surgentibus vndis,
Contra etiam Martis pugnas imitabitur ignis
Cum furit accensis acies Vulcania campis.
Nec turbato oritur quondam minor aequore pugna,
Consligunt animosi Euri certamine vasto
Inter se, pugnantque aduersis molibus vndae.
Vsque adeo passim sua res insignia laetae
Permutantque iuuantque vicissim et mutua sese
Altera in alterius transformat protinus ora.
Tum specie capti gaudent spectare legentes.
Nam diuersa simul datur e re cernere eadem
Multarum simulacra animo subeuntia rerum. —

Quae quidem etsi ita sint, non tamen assentiri possum Cl. Sallierio, qui in loco Longini, cap. XLIV. ἐπεὶτοι γε ἀφεθεῖσαι τὸ σύνολον, ὡς ἐξ ἐρκτῆς, ἄφετοι κατὰ τῶν πλησίων αἱ πλεονεξίαι κἂν ἐπικαύσειαν τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην. — pro ἐπικαύσειαν, quod Graecum esse negat, legit ἐπικλύσειαν in Actis Academ. Paris. Inscript. T. III. diss. 31. Primum enim illud bene conuenit stilo Longini, in quo examinando multa nobis occurrent ἅπαξ λεγόμενα, illius propria, quaeque non ad

aliorum scribendi genus expendi debent. Deinde nonne apud alios scriptores eadem, similis certe, formula dicendi (sit etiam audacior) occurrit? sic certe Lysias in λόγῳ Ολυμπ. p. 521. Θαυμάζω δὲ Λακεδαιμονίους πάντων μάλιστα τίνι ποτὲ γνώμῃ χρώμενοι κεκομμένην τὴν Ἑλλάδα περιορῶσιν κ. λ. Pariter est apud Homerum Il. Δ. 342. μάχη καυστειρή· et M. 177. περὶ τεῖχος ὁρώρει θεσπιδαὲς πῦρ. quod Eustathius exponit: τὸ θερμὸν τῆς μάχης. et Λ. 595. ὡς δὲ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο. Et sic de bello Latini quoque. Aen. I, 566. *tanti incendia belli* et Florus III, 21. de bello: *resurrexit male obrutum incendium.* et sic *incendium* de bello, et *bello accendere terras* saepe occurrit. vide Gebhardum ad Liv. XXIX, 31, 3. et Burmannum ad Sueton. Caes. 70. Ego etiam apud *Horat.* Carm. IV, 14, 24. *frementem Mittere equum medios per ignes*, nihil puto esse aliud, quam: *per medium pugnae feruorem*, vt vetus Schol. explicat. Et nonne prope similis est illa Catilinae vox: *si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina, restincturum.* Cic. pro Muraen. c. 25. Et si vel apud nullum simile dicendi genus occurrat, est tamen Longino hoc relinquendum. de quo nemo dubitabit, qui aureum hunc libellum ita legat, vt sublimem sublimitatis magistrum Longinum esse intelligat. Ne quid de eo dicam, non satis bene, si Sallierii emendatio admittatur, imaginem emissarum cauea bestiarum mutari et abire in fluuium, atque adeo de his maxime illud Quintiliani VIII, 6, 50. vsurpari posse: *Nam id quoque inprimis est custodiendum, vt quo ex genere coeperis translationis, hoc desinas. Multi enim cum initium a tempestate sumserunt, incendio aut ruina finiunt: quae est inconsequentia rerum foedissima.* quanquam eiusmodi exempla etiam apud alios scriptores occurrere memini et ostendi alio loco. sed cur nulla vrgente necessitate, ad hanc defensionem confugiamus? Quare recte Francicus interpres reddidit: *porter le feu aux quatre coins de la terre.* Video tamen eandem coniecturam in mentem veniisse Marklando ad Max. Tyr. diss. 33. p. 711. Idem Sallierius, vt

hoc

hoc vnum addam, paullo post in dissert. 41. in Plutarcho de superstitione. (p. 167. ed. Fr.) οἱ μὲν παροῶσιν, οἱ δὲ δοξάζουσι φοβερὸν τὸ ἐνυμενές, καὶ τυραννικὸν τὸ πατρικὸν, καὶ βλαβερὸν τὸ κηδεμονικὸν καὶ τὸ ἄμικτον ἄγριον ἅπαν καὶ ἀηδῶδες, infeliciter locum hunc tentat. Nempe quoniam victima sibi non respondeant, aut τὸ μαλλίχιον pro ἄμικτον legere, aut ἥμερον addere, aut, quia ἄμικτον malo sensu ponatur, τὸ μὴ ἄμικτον legere mavult. Vltimum non intelligo. De prioribus ita statuo. Occurrunt interdum apud veteres scriptores loca, vbi, siue aliquid humani passi, siue gratam quandam negligentiam amantes, non satis attendisse videntur et curasse, vt posteriora membra prioribus accurate responderent. In talibus aliquid mutare periculosum, aut nefas potius est. Obseruauimus aliquot exempla, quae adscribemus, quoniam haec res nondum satis explicita a quoquam videtur. Sic apud Platonem in Alcib. II. med. τί δὲ εἴ τις ἱππεύειν ἢ τοξεύειν ἔιδεν, ἢ ἂν παλαίειν, ἢ πυκτεύειν, ἢ τι τῆς ἄλλης ἀγωνίας, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὅσα τέχνῃ ὠίδαμεν, τί καλεῖς ὃς ἂν ἄδῃ τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην βελτίον γιγνόμενον· ἀρ' οὐ τὸν κατὰ τὴν ἱππικὴν ἱππικὸν; Αλ. ἴσως. Σ. τὸν δὲ γε δίμαε κατὰ τὴν πυκτικὴν πυκτικὸν, τὸν δὲ κατὰ τὴν αὐλητικὸν κ. λ. non obseruatur propositus ordo. nihil est, quod τῷ τοξεύειν opponatur. Sic et apud Xenophont. in Memor. Socr. L. I. c. 1. n. 7. et L. II. c. 7. n. 5. 6. sunt similia exempla, sed loca longiora sunt, quam quae huc transferre liceat. Ita forte defendi potest locus Aristotelis Rhet. I, 9, 37. Λητέον δὲ καὶ τὰ σύνεγγυς ὑπάρχοσιν, ὡς ταυτὰ ὄντα καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ πρὸς ψόγον, δίον τὸν ἐλαβῆ καὶ ἴυψυχον, ἀλλὸν καὶ ἐπίβυλον. pro quo Gesnerus ad Quintil. III, 7, 25. legit παράβολος. Sed puto etiam inter haec verba vicinitatem esse: si ἴυψυχον explices virum fortem, animosum, et aperto Marte agentem: ἐπίβυλον, ex insidiis alterum adorientem. In Cicerone locus occurrit in L. III. de orat. c. 18. *Sed vtrumque est in his, quod ab hoc, quem quaerimus, oratore valde abhorret, vel quod omnes, qui sapientes non sint, seruas, latrones, bostes, insanos esse dicant, neque tamen quenquam esse sapientem. Valde*

de autem eſt abſurdum ei concionem, aut ſenatum aut vllum coetum hominum committere, cui nemo illorum, qui adſint, ſanus, nemo ciuis, nemo liber eſſe videatur. Quis hinc verbum *latrones* deleat ideo, quoniam nihil ei reſpondeat? Sed, vt ad Plutarchum redeam, forte etiam alio modo defendi poteſt, ſi aut ἄμυητον aliter explices, quam fit, aut alteram lectionem ἀμίμητον recipias. Nam ſtatim addit: igitur eos fabris credere et deorum corpora humanis ſimilia putare, et ſic ea effingere, adornare, adorare. Τὸ θηριῶδες vero tum non ſaeuum, ſed animale foret, quodque formam animalis habeat. Tum poſſes explicare, eos rem, quae non exprimi, non imitatione effingi poſſit, tamen animali habitu proponere velle. Sed deſino.

ὦλεσε θυμὸν] Scholiaſt. Il. A. 173. Θυμὸν παρὰ τῷ ποιητῇ σημαίνει πέντε — τὴν ψυχήν· ὡς ὅταν ἅπῃ· μελιηδέα θυμὸν ἀπήυρα. vid. Graeuius in Lect. Heſiod. c. 19. p. 101.

τύμβος] Pulcherrimus dignusque, qui cum hoc comparetur locus Thucydidis eſt, II, 43. κοινῇ γὰρ τὰ σώματα δεδόντες, εἴδεσι τὸν ἄγηρον ἔπαινον ἐλάμβανον, καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος κατακλάπεται κ. λ. Sed ſollebant etiam Graeci eos, qui in bello occubuerant, honeſtiſſima ſepultura afficere. Athenienſes in bello interemtos publice multisque caeremoniis ſepeliuerunt, id quod docet Langbaenius ad Longin. Sect. 36, 36. et Meurſius in Ceramico Gemino c. 22. et 23. p. 522. (T. I. edit. quam Florentiae, a. 1741. Io. Lamius dedit.) quibus addemus locum Lyſiae ex Orat. II. p. 67. οἱ μὲν τεθνᾶσι διὰ φύσιν ὡς ἤνεγκαν οἱ θνητοί, ὑμνοῦνται δὲ ὡς ἀθάνατοι διὰ τὴν ἀρετήν· καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας τοῖς αὐτοῖς τιμαῖς καὶ τῆς ἀθανάτους τιμᾶσθαι. Quem tumulum nacti ſint in pugna Marathonia caeſi, narrat Pauſanias in Atticis c. 32. p. 79. Verum etiam Lacedaemonii,

monii, ad quos proprie haec spectant, et quorum antiquitates illustrare iuuat, quoniam iis Tyrtaeus carmina sua dicauit, magnam in hac re curam adhibuerunt. Nam etsi omnibus liceret monimenta necessariis suis statuere, titulum tamen honorisque elogium et nomen eorum tantum monimentis inscribere placuit, qui pro patria mortui essent. Testatur hoc Plutarchus duobus in locis. in Lycurgo, p. 56. ἐπιγράψαι δὲ τοῦτο μὰ Δία τοῦτον ὐκ ἐξῆν τοῦ νεκροῦ; πλὴν ἀνδρὸς ἐν πολέμῳ καὶ γυναικὸς ἱερῶς ἀποθανόντων: et in Instit. Lacon. p. 238. ὠνεῖτο δὲ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς τὰς ἐπὶ τῶν μνημείων πλὴν τῶν ἐν πολέμῳ πεσόντων. confer Cragium de Rep. Laced. L. III. T. I. Inst. XI. Meursius quoque in Miscell. Lacon. L. II. c. 1. ostendit, Lacedaemonios sepulchris leonem, insigne fortitudinis, imposuisse. Herodotus L. VII. memoriae prodidit, Leonidae sepulchro leonem lapideum impositum fuisse. quanquam memini, me legere in Pausan. Boeotic. c. 40. p. 739. similem historiam de Cheronea: προσίοντων δὲ τῇ πόλει πολυάνδριον Θηβαίων ἐστὶν ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον ἀγῶνι ἀποθανόντων. ὐκ ἐπιγέγραπται μὲν δὴ ἐπίγραμμα, ἐπίσημα δὲ ἔπεστιν αὐτῷ λεών· φέροι δ' ἂν ἐς τῶν ἀνδρῶν μάλιστα τὸν θυμόν. adde Torrentium ad Horat. Epod. XVI, 14. et lege, quae de leonibus sepulchris impositis docte scripsit Bottarius ad Museum Capitolin. T. III. p. 185. Cetera, quae huc pertinent, repetere nolo. Potius iocosum dabo carmen Meleagri ex Anthologia inedita:

Ἠγρεύθην ἔμπροσθεν ἐγὼ ποτὲ τοῖς δυσέρωσι
Κώμοις ἠιθέων πολλάκις ἐγγελάσας·
Καὶ μ' ἐπὶ σοῖς ὁ πτανὸς Ἔρως προθύροισι Μυΐσκε
Στῆσεν ἐπιγράψας ΣΚΥΛ' ΑΠΟ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.

Quod ad sententiam prioris distichi attinet, compara epigramma Callimachi, 47. p. 314.

παῖδες] Huc faciunt, quae notant Petitus et Wesselingius de legibus Atticis, fuisse legem: ne liberi, quorum

quorum parentes in bello occubuissent, iniuria aliqua afficerentur, sed educarentur iidem publico sumtu et instituerentur, in theatris primas sedes occuparent etc. vide eos in Iurisprudent. Rom. et Attic. T. III. p. 699. Notandus, notatisque ab illis addendus est Lysiae locus, Or. II, p. 65. *μόνην δ' ἂν μοι δοκῶμεν ταύτην τοῖς ἐνθάδε καμοῦσιν ἀποδοῦναι χάριν, ἐὰν τοὺς μὲν τοκέας αὐτῶν ὁμοίως, ὥσπερ ἐκεῖνοι, περὶ πολλοῦ ποιώμεθα, τοὺς δὲ παῖδας ἴσως ἀσπαζοίμεθα ὥσπερ αὐτοὶ πατέρες ὄντες, τοῖς δὲ γυναιξὶν εἰ τοιούτους βοηθοὺς ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχοιμεν, οἵοιπερ ἐκεῖνοι ζῶντες ἦσαν.*

παίδων παῖδες] expressum hoc e similibus Homericis, vt Il. T. 308. Καὶ παῖδες παίδων, τοίκεν μετόπισθε γένωνται. vid. Vptonium ad Epictet. p. 218.

Οὐδέποτε] Steph. Hert. *Οὐδέ ποτε.* Similis argumenti sententias, qui cognoscere cupiat, consulat Clarkium ad Homer. Od. Ω. 195. Rittershusium ad Oppian. Halieut. II, 460. Gataker. ad Antonin. II, 17. p. 78. et 79. quaeque collata in I. Gruteri notis ad Syri et Senecae Sentent. v. 825. p. 519. quae compilare, pro more aliorum, non lubet. Theognidis tantum locum addimus, vt pateat, quod aliquoties diximus, prope illum a Tyrtaeo abesse v. 855.

— ἀρετῆς δὲ μέγα κλεὸς οὔποτ' ὀλεῖται,
Ἀνχμητὴς γὰρ ἀνὴρ γῆν τε καὶ ἄστυ σόει.

φύγῃ] St. H. W. — *φύγοι* — ἕλοι.

ἀνχμῆς ἔνεκος] illud verbum h. l. eo sensu sumendum est, quo pro fortitudine, virtute bellica etc. sumitur. Sophocl. in Oed. Colon. 1386. *γῆς ὅσοιπερ ἀστίους πρῶτοι καλῶνται καὶ τετίμηνται δορί.* int. *ob bellicam virtutem in honore sunt.* Pindarus similiter, vt h. l. Pyth. I, 12. ὧν κλέος ἄνθησεν ἀνχμᾶς. *qui fortitudinis fama floruerunt.* Isthm. V, 42. κάσιγνητος δ' ἀνχμᾶ πολιάουχίας τε. *virtus bellica Castoris:* etsi etiam pro ipso bello sumi videatur Nem. X, 23. Ἤρεψεν δὲ ἀνχμᾶν Ἀμφιτρύονος, vbi vide interpretes: et aliis locis pro ipso exercitu, vt Olymp. VII, 35. *ἀγγέλῳ σὺν ἀνχμᾷ* Schol.

σὺν

σὺν πλήθει Ἀργέων. adde Dionysium Periegen. 210. Οὓς Διὸς ὑπὲκ ἀλέγοντας ἀπώλεσεν Ἀυσονὶς αἰχμὴ et v. 1052. Ἀυσονίη βασιλῆος ὑποτρήσειεν ἀκωκὴ· etsi his locis possis etiam *fortitudinem* interpretari. Grotius h. l. interpretatur: *Et spolia e bello victor opima ferat.*

τερπνὰ παθῶν] etiam de bonis dici παθῶν et notum est, et docent, si quis exempla desideret, Budaeus in Comment. G. L. p. 85. Faber ad Aristoph. Ecclesiaz. 884. Hombergius Parerg. Sacr. ad Marc. V, 5. aliique.

Γηράσκων —] Totum distichon legitur etiam in sententiis Theognidis v. 1231. quod quomodo factum sit, iuuat verbis Camerarii narrare, qui in prolegomenis p. 2. dicit: νῦν δὲ φανερὸν, ὅτι τὰ Θεόγνιδος ἐπιγραφὴν ἔχοντα ἔπη συναθροισμός τις ἐστὶ ποιημάτων διαφόρων, περιαιρεθέντων δηλαδὴ ἐκ τῶν ἐκείνου, ὅσα τινὸς αἰσχρολογίας ἔχεσθαι, ἔδοξεν, καὶ ἀντὶ τούτων ἐμβληθέντων ἄλλων· διὸ καὶ ἀσυνάρμοστά ἐστι τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ αὐτὰ ἀναπολιτικῶς παλιλλογῆται. Ὅτι δὲ καὶ Σόλωνος, καὶ Εὐήνε καὶ Τυρταίου ἔπη κατεμέμικτο τοῖς Θεογνιδείοις, σαφῶς ἐνεδείξαμεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, καὶ ὑπολάβοι ἄν τις ὑπ' ἀλόγως ἐκ τούτων, ὅτι καὶ ἄλλα παντοῖα παρενεβλήθη.

μεταπρέπει] in Stobaeo vitiose μετατρέπει. Ceterum senum erat apud Lacedaemonios magnus honor, magna auctoritas. vnde Plutarchus in diss. an seni sit gerenda respublica, p. 795. narrat; Lysandrum dixisse, ὡς ἐν Λακεδαίμονι κάλλιστα γηρῶσιν. quemuis enim senem quodammodo vices magistratus gerere alicuius, aut tutoris, aut paedogogi, non modo rempublicam, sed singula etiam singulorum iuuenum facta, exercitationes, ludos, victum inspectare: colere eosdem senes atque sectari adolescentes. vid. Valkenar. et Wesseling. ad Herodot. L. II. p. 140. Συμφέρονται δὲ καὶ τόδε ἄλλο Αἰγύπτιοι Ἕλλήνων μούνοισι Λακεδαιμονίοισι· οἱ νεώτεροι αὐτέων τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες ἴκμασι τῆς ὁδοῦ καὶ ἐκτράπονται· καὶ ἐπιὼσι ἐξ ὁδοῦ ὑπωιστόσοι. Pariter et Aeschines in orat. in Tim. p. 195. de iisdem, — τῶν γερόντων, οὓς ἐκεῖνοι καὶ αἰσχύνονται καὶ δεδίασι. atque Damascenus de moribus Graecor. in T. V. thesauri Gronou.

Gronou. p. 3854. τοὺς δὲ γέροντας αἰσχύνονται ἐνδὸν ἥττονον ἢ πατέρας. confer Gellium N. A. II, 15. Eustathium ad Il. B. 471. et Rittershus. ad Oppian. Halieut. I, 683.

πάντες μὲν] Iterum imitatorem hic Theognidem agnoſce: v. 929.

Πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς ἴσοι, ὅστε κατ' αὐτὸν
Εἶκασιν χώρης ὅστε παλαιότεροι.

vbi Camerarius notat in ὑπομνημ. p. 106. ἔτε δ' ἐν ἑνίοις προσέκειντο οἱ δύο στίχοι ὅδε, οἳ καὶ φέρονται ὡς Τυρταίου· Γηρέσκων δ' ἀξοῖσι κ. λ.

θώκοισιν] de more adſurgendi et de via decedendi multi multa ſcripſerunt. Nos tantummodo loca claſſica indicabimus, quae nobis eſſe videntur ap. Cicer. de Senect. c. 18. Iuuenal. XIII, 54. Valer. Max. IV, 5, 2. Plutarch. Apopht. Lacon. p. 235. et in Lycurg. p. 48. vberius autem rem explicuerunt Cerda ad Virgil. Ecl. VI, 66. Lipſius in Elect. I, 23. et Cragius de Rep. Lac. L. III. Tab. VII. Inſt. 3. et L. IV. c. 9. Nec errare me puto, ſi per θώκους intelligam ſubſellia in theatris. vid. Caſaubon. ad Theophr. Char. p. 261. et viros doctos ad Thomam Magiſtr. p. 430.

ὅστε κατ'] Hert. ὅτις. vt paullo poſt ὁι παλαιότ. male.

ἀρετῆς] non *virtutis* ſed *gloriae* h. l. explicandum puto. Suidas: ἀρετή. Ἀνδοκίδης καὶ Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ ἐνδοξία. Thucydid. I, 33. καὶ προσέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετήν. vbi vide Waſſium. Anthol. L. III. p. 295. Ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαβον.

πόλεμον] in marg. πολέμι· vt etiam St. W. H. Il. N. 114. ἡμέας γ' ὔνπως ἐτὶ μεθιέμενα πολέμοιο. et Δ. 351. πῶς δὴ φῆς πολέμοιο μεθιέμεν. vide Valkenarium ad Euripid. Phoeniſſ. 522. Frob. male θυμὸν μὴ etc. πολέμι.

Δ.

Δ.

Μέχρις τεῦ κατάκεισθε; κότ' ἀλκιμον ἔξετε θυμόν,
Ὦ νέοι, οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφιπερικτίονας,
Ὧδε λίην μεθίεντες; ἐν εἰρήνῃ δὲ δοκεῖτε
Ἧσθαι, ἀτὰρ πόλεμος γαῖαν ἅπασαν ἔχει.

. . . . . .

Καί τις ἀποδυσάμενος ὕσατ' ἀκοντισάτω.
Τιμήεντε γάρ ἐσι κακὴ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
Γῆς περὶ, καὶ παίδων, κεριδίης τ' ἀλόχου.

Δυσμενέσιν· θάνατος δὲ ποτ' ἔσσεται, ὁππότε κεν δὴ
Μοῖραι ἐπικλώσωσ'. ἀλλά τις ἰθὺς ἴτω
ἔγχος ἀνασχόμενος καὶ ὑπ' αἰσπίδος ἄλκιμον ἦτορ
ἔλσας, τὸ πρῶτον μιγνυμένου πολέμου.
οὐ γάρ κως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐσὶν
ἀνδρὸ, οὐδ' εἰ προγόνων ἦ γένος ἀθανάτων.
πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.
ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἔμπας δήμῳ φίλος οὐδὲ ποθεινός,
τὸν δ' ὀλίγος σενάχει καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ·
λαῷ γὰρ συμπάντι πόθος κρατερόφρονος ἀνδρὸς
θνήσκοντος· ζώων δ' ἄξιος ἡμιθέων.
ὥσπερ γάρ μιν πύργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσιν,
ἔρδει γὰρ πολλῶν ἄξια μοῦνος ἐών.

COMMENTARIVS.

Tribuitur haec Elegia a Stobaeo in S. XLIX. Callino, vbi Gesnerus in margine notauit; Camerarium Callimachum auctorem existimare. Et tribuit profecto huic eam in orat. de bello Turcico. vid. Fabricium in Bibl. Gr. L. III. c. 19. p. 484. A Stephano edita est inter

inter fragmenta Tyrtaei, hac epigraphe addita. τοῦ αὐτοῦ ἢ καλλίνου et in Id. p. 22. id quod etiam fecerunt Wintert. p. 437. Hertelius: Lect. p. 731. Froben. p. 232. quos sequi visum est. De Callino quidem, cuius ἐλεγεῖα commemorantur ab Athenaeo L. XII. p. 527. et cuius nomen cum Callimachi nomine interdum confunditur, vt docet Fabricius l. c. L. III, c. 28. p. 713. consule, quae notauit Ruhnkenius ad Callimachi Fragment. p. 439.

Μέχρις] Initium Elegiae mihi in memoriam reuocat duo carmina, ex Anthologia inedita nunc expromenda, quoniam non nimis multa ad reliquos versus nobis adferenda esse videmus. Vtrumque carmen est Stratonis:

Μέχρι τινός σε γελῶντα μόνον, μηδὲν δὲ λαλοῦντα
Ὄισομεν; εἰπὸν ἁπλῶς ταῦτα σὺ πᾶσι, φίλε.
Λίτῳ, καὶ σὺ γελᾷς· πάλιν αἰτῶ, κοὐκ ἀποκρίνῃ·
Δακρύω, σὺ γελᾷς· βάρβαρε τοῦτο γέλως.

in 3. v. erat pro altero αἰτῶ in chartis αἰδῶ· in v. 4. vltima pars non integra videtur. an β. τ. γελᾷς; nam et γελάω interdum casui quarto additur. Sed nec hoc placet satis. Videant acutiores: ego hic nihil melius video.

Ἄχρι τίνος ταύτην τὴν ἀφρόνα τὴν ὑπέροπτον,
Μέντορ, τηρήσεις, μηδὲ τὸ χαῖρε λέγων,
Ὡς μέλλων αἰῶνα μένειν νέος, ἢ θεὸς παντὸς
Ὀρχεῖσθαι πυρίχην; καὶ τὸ τέλος πρόβλεπε·
Ἥξει σοι πώγων, κακὸν ἔσχατον, ἀλλὰ μέγιστον,
Καὶ τότ' ἐπαγνώσῃ, τίς σπουδὴ ἐξὶ φίλων.

Nihil hic mutauimus, praeter distinctionum signa. Similis argumenti non pauca habet carmina eadem Anthologia. Liceat tantummodo tria addere, praesertim cum nihil fere ad eorum interpretationem addendum sit. nam, praeter vltimum, facilia sunt. Primum Δωρίου est:

Χαῖρε ποτ' οὐκ εἰπόντα προεῖπέ τις, ἀλλ' ὁ περισσὸς
Κάλλει νῦν Δάμων οὐδὲ τὸ χαῖρε λέγει.
Ἥξει τις τούτῳ χρόνος ἔκδικος, εἶτα δασυνθεὶς
Αρξει χαῖρε λέγειν οὐκ ἀποκρινόμενος.

In v. 1. margo habebat πρόσθε. quam lectionem ego veram puto. Vltima ita interpretaberis: veniet tempus, quo ille, qui nunc nil respondet, prior salutabit. reliqua quam habent difficultatem? Alterum Strato fecit:

Οὐχ ἑκὰς ἐσσὶ ποῶς ἦσθα καὶ οὐδ' ὄναρ οὗτος ὁ πώγων·
Ἦλυθε; πῶς ἀνέβη τοῦτο τὸ δαιμόνιον
Καὶ τριχὶ πᾶρτ' ἐκάλυψε τὰ πρὶν κοιλὰ· φεῦ τί τὸ δαῖμον
Ἐχθὲς Τρωϊκὸς ὢν πῶς ἐγένη Πρίαμος;

an recte interpretabor primum versum e Moschi Id. IV, 18. τοῦ δὲ ὄναρ ἦλυθεν ἄλλῳ· quod neque per somnium alteri in mentem veniret! puto igitur: Nonne heri puer eras, nec in somno quidem, te barbatum mox fore, cogitasti? Tertium est Φρόντωνος:

Τὴν ἀκμὴν θησαυρὸν ἔχειν κωμῳδὲ γαμίζεις
Οὐκ εἰδὼς αὐτὴν Φοίβειος ὀξυτέρην·
Ποιήσει δ' ὁ χρόνος μισέμενον, εἶτα χαριεὶς
Καὶ κατὰ μισείσας πάλι περιφερόμενον.

Respicit

Respicit auctor ad fabulas eo tempore celeberrimas. Ex Γραφῆς seu γραγίς, comoedia Menandri, aliquot versus laudantur a Stobaeo et Scholiastis, quos collegit Clericus in Fragm. Menandri p. 32. Idem dat p. 126. fragmenta ἐκ τοῦ μισουμένου. E fabula quae περικειρομένη titulo nota fuit, nihil dat Clericus. sed vide Vincentium Obsopoeum ad Epigr. Agathiae in Anth. L. VII. p. 588. et consule Wesselingium in Differtat. Herodot. p. 159. His monitis sententia carminis clara est. Respicit etiam forte τὸ θησαυρὸν ad comoediam huius nominis? Certe talem Menandrum fecisse ex Prologo Eunuchi Terentiani v. 10. notum est, et fragmenta data ab eodem Clerico p. 84. restantur.

αἰδῶς] Pulcherrimus locus est, qui huc pertinet Platonis de Leg. L. III. p. 699. quem cognosces, quicunque huius adhortationis vim capere volueris. Verissime Plinius in H. N. XXXVI, 15. *Pudor, Romani nominis proprius, qui saepe res perditas seruauit in praeliis.* et exemplum vide apud Liuium XXX, 18. *Sinul et peditum legio duodecima, magna ex parte caesa, pudore magis quam viribus tenebat locum.* Apud Homer. Il. O. p. 657. Οὐδ' ἐκέδασθεν ἀνὴρ ὃν ἑταῖρον, ἔσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος. Lege etiam pulchram adhortationem Il. E. 530. Ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας, Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἢ πέφανται etc. et O, 661. Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἐστὲ καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ Ἄλλων ἀνθρώπων. Confer Eustath. ad Il. B. p. 455. ad E. p. 1237. et notata a Dukero et Freinshemio ad Flor. IV, 2, 82.

ἀμφιπεριπτύονας] edidisse me puto sic recte, docente id etiam Schradero ad Musaeum, p. 49. Steph. aliique male ἀμφιπεριπτύουσας. Quae dicuntur in Etymologico M. ἀμφιπτύονες, οἱ περιοικοῦντες· τὸ γὰρ κτίσαι ἐπὶ τῷ οἰκῆσαι ἔλαβον οἱ παλαιοί· ὡς φησὶν Ὅμηρος· Εὐκτίμενον πτολίεθρον καὶ Εὐκτιμένην κατ' ἀλωήν· ἔστιν οὖν οἰκίζω, οἰκίσω, οἰκιῶν καὶ οἰκτιῶν κατὰ πλεονασμὸν τοῦ τ', καὶ μετὰ τῆς ἀμφὶ προθέσεως, ἀμφικτιῶν· καὶ τροπῇ τοῦ ι εἰς υ ἀμφιπτύων, ὡς τριφάλασα, τρυφά-

τρυφάλεια, merae argutiae sunt Grammaticorum. Ego ea falsa puto et inepta, licet eadem fere habeat Phauorinus. Potius praeter verba Scholiastae Thucydid. III, 104, 36. ἢ περικτιόνων νησιωτῶν· περικτίονες αὖσι καὶ ἀμφικτίονες δι' ἠπειροικῶντες· Ὅμηρος· Ἄλλους τ' ἀμφὶς ἔοντας περικτίονας· ἀνθρώπους, οἳ περιναιετάουσιν (Odyss. B. 65.) ἐυκτιμένου δὲ τὸ καλῶς οἰκεμένου. quemadmodum etiam minor Scholiast. ad Il. P. 220. Σ. 212. interpretatur περίοικοι: huc pertinet locus Pausaniae, qui L. X. c. 8. p. 815. vbi de concilio Amphictyonum exponit: dicit: Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι ἔφη συγγραφῇ, ὡς τὸ ἔαρ ἀρχῆς ἀφίκοντό ἐς Δελφοὺς παρὰ τῶν προσοικούντων συνεδρεύσοντες· καὶ ὀνομάσθηναι μὲν Ἀμφικτίονας (ita legendum ibi esse satis clare Sylburgius docuit) τοὺς συνιόντας, ἐνικῆσαι δὲ αὐτοὺς χρόνον τὸ νῦν σφέτερον ὄνομα. Qui locus apprime vtilis est, cum ad originem concilii Amphictyonum, tum ad vtriusque verbi differentiam notandam. nempe dicit, eos, qui e circumuicinis in Delphicum consessum de more coiuerint, primum ἀμφικτίονας fuisse appellatos, postea vero eosdem nomen Ἀμφικτυόνων obtinuisse, deductum illud ab auctore concilii. Interim vtrumque verbum fere perpetuo a librariis fuit permixtum in codicibus, vt in Herodoti L. VIII, 104. p. 667. ἐπεὰν τοῖσι ἀμφικτίοσι, πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλεος, licet haec interpolata censeat Valckenarius, qui neque Tyrtaei hunc locum praeteriit. vide inprimis Politum ad Eustath. ad Il. B. T. Π. p. 547. Schmidium ad Pindar. Isthm. IV, p. 71. Dau. Ruhnkenium ad Timaei Lexic. Vocum Platonicar. p. 20. De collegio vero Amphictyonum, de quo, vt diximus, hic non sermo est, vid. *Charles Valois de la Mare Dissertation sur les Amphictyons (dans les Memoires de l'Acad. des Inscript. T. IV. p. 265. T. VII. p. 641.)* quam dissertationem e commentario Prideauxii ad marmora Oxoniens. pag. 122. exscriptam compilatamque esse docet Christ. Crusius, in Probabil. Criticis p. 220. adde Ant. van Dale in Diss. VI. de Antiqu. et Marm. p. 430. sequ. Io. Taylorum ad marmor Sanduicense, p. 52. viros doctos ad Hesych. p. 302.

p. 302. 11. et Wesselingium ad Diod. Sic. T. II. p. 104. Caeterum, ne, quod ad locum intelligendum facit, omittamus, saepius fit mentio in rebus Laconicis τῶν περιοίκων, vt notum est: per hos Heinsium τὰς ἐπιλύτας intelligere Dukerus in Addend. ad Thucyd. p. 510. notat. Sed recte Valkenarius ad Herodotum L. IX. p. 696. dissentit, et vbicunque, dicit, in historia Graeca περίοικοι vel iunguntur vel opponuntur Spartiatis, Lacedaemonii sunt intelligendi, cuiuscunque fuerint vrbis Laconicae ciues, excepta Sparta, Spartiatarum imperio parentes. Tum ex Scholiast. inedito Aristid. profert haec: οἱ περίοικοι, οἱ περιοικοῦντες Σπάρτην τὴν μητρόπολιν.

Ἥσθαι] vsurpatur saepe hoc verbum de otiosis, pigris, pugnam detrectantibus, nihil agentibus, desidibus, etc. Il. A. 133. ἦ ἐθέλεις, ὄφρ' αὖτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἐμοὶ σὺ ἄνευθε Ἥσθαι δυάμενον Γ. 134. Ὃς δὴ νῦν ἔπεται σιγῇ, πόλεμος δὲ πέπαται. Δ. 412. τύπτε, σίωπῃ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. N. 252. οὐδέτι οἱοὶ Ἥσθαι ἐνὶ κλισίῃσι λελιλόμαι, ἀλλὰ μάχεσθαι. Demosth. de Coron. pag. 317. ed. Wolf. καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. Pindar. Olymp. I, 132. τί κε τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕλοι μάταν. Quintus Cal. II, 73. ἀπόσχεο δηϊοτῆτος, μίμνε δ' ἐνὶ μεγάροισι καθήμενος. et X, 16. παρὲξ τάχος ἀκηδήσασι μένοντες, Ἀχλὺς ἑζόμενοι. Et sic Latini ponunt verbum *sedere*. Liv. XXVI. 11. *Qui cum ipse ad moenia vrbis Romae armatus sederet.* Cornel. Dat. 8. *congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu vno loco sedere.* Cic. Ep. XVI, 7. *iis enim ventis istuc nauigatur, qui si essent, nos Corcyra non sederemus.* Claudian. B. Gild. 375. *an patiar tot probra sedens?* vid. Eustath. ad Il. E. 395. Ἔνθεν ἔπειτα μάχης ἐπ' ἀριστερὸς ἧστο Κρηθεύς. Seruius ad Aen. XI, 460. Graeuium in Lect. Hesiod. c. 11. p. 54. Heinsium ad Aen. XII, 237. Drakenborch. et Heins. ad Sil. It. XII. 64. Io. Vpton. in indice Epicteti s. v. *κάθημαι*. Steph. Berglerum ad Alciphron. I. ep. 25. et Krebsium ad Plutarch. περ. εὐκοΐαν. p. 153. Pariter ἧσθαι etiam notat μονὴν, ἀρχὴν, διατριβήν. do-

cente Wassio ad Thucyd. V, 7. Ita enim ἐχ' ὅρκια ἔργον, occurrit, de quo vid. Abrah. Gronouium ad Aelian. Hist. Anim. VI, 1. p. 1031. Hoc sensu ponitur quoque οὐχ ἕως. Il. Ψ. 205. οὐχ ὕως. vid. Barnesium ad Il. A. 647. Οὐχ ἕως ἐσὶ, γεραιὲ διοτρεφὲς, οὐδέ με πάσας. Sophocl. Aiac. 825. Οὐχ ἱσρυτέον· χορεύμεν· οὐχ ὕρκως ἀκμή. consule Valkenarium ad Eurip. Phoeniss. 591. sed recedit etiam in aliis locis a proprio sedendi vsu hoc verbum, vt sedere dicatur, qui etiam inambulet. Homer. Od. XVI. 144. ἀλλὰ σοι ἐγγὺς ἐγὼν τε γένοντ' ἦλθον ὀδυρόμενοι, φθιμένοιο δ' ἀπὸ ὀστέοφιν χεύω. Eurip. Iphig. in Aul. 1175. ἐπὶ δὲ δακρύοις μόνη πάθημα, τήνδε θρηνήσω ἀεί. de homine in perpetuo luctu versante dicitur. vid. Schultensium in comment. ad Lobum, T. I. pag. 38. Κάν, καθίζεσθαι, καθίζεσθαι ἐπὶ τῆς ἑσίας, dicuntur supplices. Herodot. Erat. 108. ἱκέτας ἱζομένους ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐδίδοσαν σφέας αὐτούς. Sophocl. Oed. Col. 1288. πρόσπολόν τιν' ἀσὼν Βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος. vid. Wassium ad Thucyd. I, 133. et 136. Spanhemium ad Callim. H. in Del. 325. et Taylorum ad Lys. or. II, p. 35. 36. Quoniam etiam paullo ante elegantissimi libelli Plutarchi περ. ἀκούειν mentionem fecimus, non praetermittemus hanc occasionem iouia quaedam menda tollendi. Vtimur vero Krebsiana editione. p. 4. in versu πολύποδος κεφαλῇ ἐν μὲν κακὸν, ἐν δὲ ἠῷ ἐσθλὸν, aut bis lege ἐν aut retine ἐν et scribe κεφαλῆς. de eodem pisce: ὅτι τῷ βρωθῆναι μὲν ἐσὶν ἥδιστος, δυσέκφυκτον δὲ ὕπνον ποιεῖ, φαντασίας ταραχώδεις ὑπὲρ ἀδικοῦντας ὀχούμενον. an potius ὀχουμένους: iis, qui eo vescuntur? p. 24. ἅμαστα τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ ἠῷ ἰόνες: etsi sic hic versus exstat in Odyss. θ. 249. hic tamen legendum est ἰωαὶ, quoniam verbum ad ἀγαπῶντας referendum est. p. 58. ἐν ποιητικῇ λέξει ἠῷ μυθεύμασι περιεχομένοις παιδιὰ διαφεύγει τὸν νέον. vide an praestet legere περιεχομένην. p. 74. οἱ δὲ παῖδες ἂν ὀρθῶς ἐντρέφονται τοῖς ποιήμασιν. scribo ἐντρέφωνται. nec inuitis, puto, viris doctis. nota est dicendi formula vel e nouo Test. vbi in Ep. I. ad Tim. IV, 6. est ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίσεως. plura dat

dat Dorvillius ad Chariton. p. 36. Sic etiam Latini. Senec. ad Polyb. 21. *liberalibus disciplinis, quibus non inuutritus est tantum, sed etiam innatus.* et ep. 2. *Certis ingeniis immorari et inuutriri oportet.*

v. 4. deest hic versus, quem Camerarius ex ingenio sic supplevit: Ἐν νότις ἀσπίδα θέδω ἐναντιβίως πολεμίζων. Sed satius est in his nihil tentare, quam frustra hariolari. Mihi certe de lacunis sine codicum ope sola coniectura repletis idem videtur quod Broukhusio, quem vide ad Tibull. III, 5, 17. et Propert. II, 26, 28. Nam quid prodest, aut versus operose fingere, aut fictos ab aliis antiquis addere, cum tamen per rerum naturam fieri nequeat, vt, quae ab ipso auctore scripta sint, inueniamus reddamusque?

ἀποθνήσκων] Pulcher est hic locus. Iubet poeta milites, iam moribundos, adhuc iaculari, et, hoc quasi solatium, re bene gesta, ad inferos secum auferre, aut, vt Polybius L. III, pag. 298. dicit, ἕως τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς διαγωνίζεσθαι. Veniunt hic mihi in mentem aliquot similia loca, quibus eadem nobilitas, fortitudo, et constantia animi bene depingitur. Quid potest sublimius esse illo sermone Hectoris Il. X. 303. νῦν αὖτέ με μοῖρα κιχάνει, Μή μὰν, ἀσπουδεὶ γε καὶ ἀπλέως ἀπολοίμην, Ἀλλά μεγα ῥέξαί τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Talia cum legimus et diuinum miramur Homerum, et ipsi aliquo modo tollimur et sentimus vim, quae heroïs pectus animasse videtur. Quem non delectat ille miles apud Lucanum in L. III, 622. qui post alia facinora — *vulnere multo*

Effugientem animam lapsos collegit in artus,
Membraque contendit toto, quicunque manebat,
Sanguine, et hostilem defessis robore membris (alii *neruis*).
Infiixit solo moriturus pondere, puppim.

aut qualia sunt, quae legimus eodem libro, 706.

Non perdere letum
Maxima cura fuit, multus sua vulnera pappet:
Afflixit moriens et rostris abstulit ictus.

Et quid videtur de illis Sidonii V, 252.

si forte premantur
Seu numero seu sorte loci, mors obruit illos,
Non timor: inuicti perstant, animoque superstant
Iam prope post animam.

Atque haec ex poetis nunc succurrunt, quibus addere potes notata a Drakenborchio ad Sil. It. IV, 697. et IX, 512. cuius recordor illa:

Si studium et saeuam cognoscere Amilcaris vmbram,
Illa est, cerne procul, cui frons nec morte remissa
Irarum seruat rabiem.

Dabimus vero etiam quaedam e prosaicis. Iam primum in aurea descriptione, aut pictura potius pugnae quam intexuit Xenophon laudationi Agesilai πολλῶν δὲ διώκοντας — ἐγχειρίδια γυμνὰ κρατοῦντας, τὰ μὲν χαμαὶ τὰ δ' ἐν σώμασι, τὰ δ' ἔτι μετὰ χεῖρας. Tum narrat Sallust. B. C. 61. *Catilina longe a suis inter hostium cadauera repertus est, paululum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat viuus, in vultu retinens.* Florus I. 18, 17. *Quinam illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo praelio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore: quidam hostibus suis immortui: omnium in manibus enses: et relictae in vultibus minae: et in ipsa morte ira viuebat.* Velleius Pat. II, 17. *Telesinus postero die semianimis repertus est, victoris magis, quam morientis vultum praeferens.* Quid? quod post mortem etiam viuere indignationem et iras quidam et credidere et memoriae prodidere: Certe in campis Marathoniis Pausanias in Atticis p. 79. c. 32. narrat audiri singulis noctibus equorum hinnitus, et pugnantium etiam virorum species cerni. cui adstipulatur Iac. Sponius in Itinerar. Orient. P. II. L. VI. p. 59. consule

confule Hieron. Magium in Miſcell. L. IV, c. 12. et interpretes ad Lucan. VII, 175. *Edere nocturnas belli Pharſalia voces.* Sed deſino plura dare.

κηδ' παίδων] Grotius edidit κηδ' τέκνων.

ὄκπατε κεν δὴ] Idem ὀππότερον δή.

ἐπικλώσως] vide Gatakerum ad Antonin. IV, 26. p. 149.

ἔλσας] Paullum negotii nobis hic locus fecit. Putabamus primum eum corruptum eſſe, et coniectura aliqua ſuccurrere volebamus. Illam arceſſere lubebat e Pindari Pyth. III, 168. Διὸς δὲ χάριν ἐκ προτέρων μεταμαιμψάμενοι καμάτων ἔσσαν ὀρθὰν καρδίαν. In animo quoque verſabatur ille locus in Il. Ξ. 371. Ἀσπίδας, ὅσσαι ἄριστοι ἐνὶ στρατῷ ἠδὲ μέγιστοι, Ἐσσάμενοι. Sed melius deinde viſum eſt, nihil mutare, et explicationem potius loci quaerere. Hic primum in mentem venit Phauorini interpretatio. ἔλσαν παρὰ Ὁμήρῳ ἐν τῷ Λ. (v. 413.) τῆς Ιλιάδος, τετέσι ἤλασαν, ἢ ἔλησαν, ὅ ἐστι συνέκλεισαν μέσον τὸν ἥρωα, ὡς μηδὲ εἰ θέλοι ὑποχωρεῖν ἐξεῖναι αὐτῷ. atque etiam Euſtathius dicit: ἔλσαν τετέσιν ἤλασαν ἢ ἔλησαν ὅ ἐστι συνέκλεισαν μέσον. atque pariter Scholiaſt. Il. Λ. 409. ἀμφ' ἄλλα ἔλσαι Ἀχαιούς exponit; συνελάσαι, συγκλεῖσαι. quanquam etiam hoc quidam ad verbum ἑλέω referunt. Apud Pindarum in Ol. X, 51. ἐν πίσῃ ἔλσας ὅλον τε στρατόν. Scholiaſt. notat συναγαγὼν καὶ κατασχών, et alter συγκλείσας, κατασχών. Praeterea legitur in Etymolog. M. ἔλσαι τὸ συνελάσαι, ἀπὸ τῆς ἐλάσεως, κατὰ συγκοπήν et Heſychii Gloſſario: ἔλσαι, συσχεῖν, συνελάσαι, συγκλεῖσαι. Ἔλσαν, συνήλασαν. Putabam igitur eſſe eandem huius loci ſententiam, quae eſt Latinae formulae: *colligere animum* v. c. apud Liuium III, 60. *Retulere primo pedem hoſtes: deinde cum animos collegiſſent, reſtituitur pugna.* Atque hanc interpretationem fere firmare videtur locus Il. Δ. 152. Κῴδιον δὲ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρθη· Scholiaſt. τετέσιν ἐπισυνήθροισθη, ἐπισυνήχθη. quem locum Erneſtius nec intellexit recte nec explicuit.

explicuit. Tota series narrationis docet, non sermonem esse de terrore, sed de eo, qui ad se rediit, ante perterritus. compara Il. O. 240. *νῦν δ' ἀναγιγνώσκω θυμόν*. Ita etiam *συνλέγειν ἑαυτὸν* dicunt Graeci, notante Petro Horreo ad Aeschin Dial. 3. p. 123. Mox suspicari lubuit, an h. l. *ἕλσας* esset idem quod apud Virgil. Aen. XII, 491. *Subsistit Aeneas et se collegit in arma Poplite subsidens.* quod Seruius exponit: *ita se texit, vt nulla parte posset feriri.* Non tamen memini, me hoc sensu positum inuenire hoc verbum. Praeterea non ἦτορ, sed σῶμα, aut γυῖα dicere poeta debuisset. Consului etiam aliquando virum, dum viueret, amicissimum nobis, Heilmannum, doctissimum Thucydidis interpretem, qui pro insigni Graecarum litterarum peritia, haec respondit. ἦτορ, inquit, non interpretor fortitudinem, sed cor, quasi sedem fortitudinis. Haec significatio neque dubia est, et auctoritate Eustathii confirmatur, explicantis Il. I. 493. *μεγαλήτορ θυμὸς* ita: *μέγας θυμὸς ἐπὶ τὸ ἦτορ, ἦτορ τὴν καρδίαν τὴν ἐπὶ τῷ στήθει.* Iam *ἕλσας*, siue illud cum (') siue (') scripseris, aut idem notat, quod *ἑλάσας*, i. e. *ἐλάσας ὑπὸ τῆς ἀσπίδος*, vel *ἐπιπιέσας πρὸς τὸ στῆθος τῇ ἀσπίδι*: forte pectus applicare fortiter, adigere ad scutum, aut est sumendum pro *ἕλσας*, ab *εἴλω* pro *εἰλέω*, conglobari, recipere se, quod proprie quidem tantum de turma et caterua dicitur, fortasse tamen audacius de heroe, qui sequat totum exercitum, vt Homerus aliquo loco canit, dici potest. Scholiastae veteres vtramque significationem proponunt, sed prior huic loco melius conuenire videtur. Haec vir nuper eruditissimus. Noui *ἐλάνειν* esse etiam interdum, *incitare*, *excitare*, *stimulare*. vid. Budaeum in Comment. Graec. L. p. 883. quanquam exempla ab eo allata paullum diuersa sunt. Videant doctiores an hic locus eam vim admittat. Mihi sufficiat haec proposuisse, e quibus eligat quisque, quod sibi placuerit. Mea sententia haec est: Tyrtaeus iubet milites hastas tollere, et bene munito pectore, corpore tecto scuto, hostes recta inuadere. Deduco igitur

igitur verbum (possum pro ἐλάσας) ab ἀλάω, attice ἄλάω, quod notat praeter alia, occulto, includo etc. In Il. P. 492. Τὼ δ' ἰθὺς βήτην, βοέης ἐλυμένω ὤμους, malunt alii quoque legere: ἐλαυνομένω. Haec interpretatio mihi simplicissima videtur ideoque optima. Latinus interpres reddidit: *sub scuto forte pectus fouens* et alter: *tegensque fortia praegrandi pectora sub clypeo*. Grotius: *clypeo generosa recondens Pectora*. Olius: *Muniti clypeo robustum pectus aheno obiiciant hastis.*

πολέμου] hoc loco verbum hoc pugnam, ipsum praelium notat, quemadmodum πολεμεῖν est saepe pugnare, docente magno Casaubono ad Polybium pag. 147. ed. Gronou. Ita inprimis frequenter Homerus. Il. B. 443. κηρύσσειν πολεμόνδε κάρηκομόωντας Ἀχαιούς. Δ. 281. Δύσιν ἐς πόλεμον πνοιαὶ κίνυντο Φάλαρχοι. M. 181. Σὺν δ' ἴσαθεν Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα. Sic apud Latinos *bellum* est nonnunquam idem quod *praelium*. Nam praeter Florum III, 5. *omnes copias Chaeroneam, apud Orchomenon altero bello dissipauit*, et Velleium II, 69. *acri atque prosperrimo bello Cassius Rhodum ceperat*, hunc vsum in Vegetio aliquoties notauit Stewechius. vide eum ad II, 13. et III, 26. p. 226. adde Graevium in Lect. Hesiod. p. 99. Drakenborchium ad Sil. It. I, 631. ad Liu. III, 61, 2. et ad Epit. L. 52. T. V. p. 1011. Cortium ad Sallust. B. C. IX, 4. Burman. ad Lucan. VII, 523. et 650. Arntzenium ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 54. p. 220. et Verheyk ad Eutrop. III, 10. *nullo tamen Punico bello Romani grauius accepti sunt.*

Οὐ γάρ κεν κ. λ.] Similis sententia aliquoties apud Homerum occurrit, vt Il. Z. 488. Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, Οὐ πακτόν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν ἐπὴν τό γε πρῶτα γένηται. Et, qui locus propius accedit ad hunc Il. M. 322.

Ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φύ-
γοντες
Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
Ἔσσεσθ'

Ἔσσεσθ' οὔτε κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην —
Νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ὑφεσσάμεν θανάτοιο
Μυρίαι, ἃς ἐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν ἐδ' ὑπαλύξαι,
Ἴομεν κ. λ.

vbi Clarkius ex aliis scriptoribus plura contulit. Ad sequens distichon illustrandum pulchre faciunt, quae notauit, pro magna eruditionis varietate, Gatakerus ad Antonin. VI, 10. p. 223. et VII, 46. p. 277. quibus nos addamus locum Alciphronis L. I, 25. καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθάψας αὑτὸν τηρῇ· ἐνεργὸς γάρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον, vbi vide Berglerum. Illud Simonidis: ὁ δ' ἂν θάνατος ἕρπῃσι καὶ τὸν φυγόμαχον notum est. vide etiam Lambinum ad Horat. III, 2, 14.

Ἔρχεται.] credo esse explicandum: *abit*, e pugna, e praelio, et incolumis domum redit. Il B. 381. Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον. et E, 150. τοῖς οὐκ ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκέλευε᾽ ὀνείρους, quod quidem explicant quidam, ὅτι οὐκ ἐπαφήξουσιν ἀπὸ τοῦ πολέμου: sed sensus est: *quibus abeuntibus in bellum non somnia* etc. vid. Raphelii Annotat. ex Polyb. et Arrian. ad Matth. XVI, 28. Alberti Obss. Philol. pag. 113. et 504. eundemque ad Hesychium p. 1452. vbi est: ἔρχομαι, ἀπέρχομαι, ἐλεύσομαι, ἀπελεύσομαι. aut habet ἔρχομαι h. l. eam vim, quam saepe, vbi pro ἔνιμι ponitur: de quo vide Abresch in Animadu. ad Aeschyl. p. 302.

κίχεν] Etiam hoc e fonte Homerico deriuatum. Il. I. 416. Οὐδέ κε μ' ὧκα τέλος θανάτοιο κιχείη quamquam sic etiam in Anthol. L. III. pag. 256. ἐν δέ σε πόντῳ κλαίδινες ἰχθύσι κῆρες ἔκιχεν θανάτου, et Theogn. 340. similiter, qui v. 818. dicit, ἀμφοτέρους μοῖρα λάβοι θανάτου.

δήμῳ] Steph. δαλῷ. sed siue δαλὸν h. l. interpreteris *timidum*, (nam δαλὸς opponitur ἀγαθοῖς in bello notante

tamen Marklando ad Max. Tyr. diſſ. 8. p. 865.) ſiue *inutilem*, *improbum* (vt ſaepe hoc verbum ἐσθλῷ opponitur. vid. Lamb. Bos in Exercit. Phil. in N. T. p. 304. et Valkenarium ad Eur. Phoeniſſ. v. 1011.) melior tamen vulgata lectio. ſed ſequens verſus clare oſtendit, δήμῳ non eſſe reddendum: *populo*: ſed *plebi*. Iſte homo ne a viliori quidem populi parte amatur: ſed virum fortem et nobiles et ignobiles ciues lugent etc. Euſtathius ad Il. B. p. 381. Δήμιος δὲ ἄνδρα τὸν ἰδιώτην λέγει. τὸν δὲ αὐτόν που καὶ δῆμιον κικλῆσθαι, ὅστις ἂν τις ἔποι δημότην ἢ δημοτικὸν, τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι, ἤγουν τῷ τοῦ δήμου, ὀνομάσας τὸ μέρος, ἤτοι τὸν δημότην. vide eundem ad Il. Γ. p. 859. et Waſſium atque Duckerum ad Thucyd. II, 65. Grotium video h. l. edidiſſe λαῷ.

συμπάντι] Steph. Hert. ξυμπάντι.

ἤν τι πάθῃ] formula, quae ſaepius apud Graecos ſcriptores occurrit pro: ſi quid illi humani acciderit: Omittitur τὸ κακὸν, vt in aliis formulis. vide Reimarum ad Dion. Caſſ. p. 211. plene Homerus Od. β. 179. μὴ πού τι κακὸν πάσχωσιν ὀπίσω. Diod. Sic. XIII, p. 621. νῦν ἀναδεκτέον κίνδυνον, ἂν ἐγώ τι πάθω, τὸν διαδεξόμενον πλεῖστον. Addo carmen ineditum Ἀνθολογικόν:

Οὐκ ἐμὲ δὴ ἑτέων δύο ἢ τρισὶ καὶ κοπιῶ ζῶν,
Ὦ ἔρωτες, τί καλὸν τοῦτο; τί με φλέγετε;
Ἦν γὰρ ἐγὼ τί πάθω, τί ποιήσετε; δῆλον ἔρωτες,
Ὡς τὸ πάρος, παίζεθ', ἁρπαγαὶ ἀφρονες ἀσεραγάλοις.

In v. 2. puto potius κακὸν legendum eſſe, quam καλὸν, quod non facilem explicationem admittit. Illud δῆμῳ φίλος in memoriam reuocat nomen pueri, in quem Dioſcorides hos verſus ſcripſit, qui in eadem Anthologia Stratonis exſtant.

Δημόφι-

Δημόφιλος τοιοῖσδε φιλήμασι τὰς πρὸς ἔρωτας
Χρήσεται ἀκμαίην, Κύπρι, καθ' ἡλικίην,
Ὃς ἐμὲ νῦν ἐφίλησεν ἀνικήτοις, ὦν ἔστι νικτωρ
Ἡδυχαρὴς κείνου μητρὶ μένει πραθύμῳ.

Exigua mutatione v. 4. lego μενεῖ, quod tempus sententia postulat. Caeterum compara illa Horatii I, 25. *amatique lenta limina, quae prius multum facilis movebat cardines.*

ἐκ θεῶν] an huc pertinet fortasse, quod Plato aliquo loco narrat: οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνήρ, φασίν, ἔφη. vid. Cragium de Rep. Lac. L. IV. c. 9. Etiam Aeschines Dial. I. de virt. pag. 29. edit. Horrei. Καὶ Λακεδαιμονίους, ἔστιν ὅτε τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι. Ad Tyrtaei vero versus sensum intelligendum egregie facit locus Theodoreti Serm. III. ad Graecos mihi p. 42. χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ τοὺς ἐν τοῖς θεβαιοῦντας, ἢ ἐν πολέμοις ἀνθρώπους ἰσαριθμεῖς, ἢ γεωργίας τινὸς ἀρχόντας, ἢ σώμασί τισι δρόσεσιν ἀρετῆς προσηγορίαν ἐπιθεσπίσαντας, τε καὶ τῶν κάτω ἐκύρωσεν. Frequentissime autem, qui inter homines aliis praestant, diis comparantur a poetis, vt Il. Ω. 258. Ἕκτορά θ' Ἱππόθοόν τε βροτοῖσιν ὁμοίιον οὐδὲ ἔοικε Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. Plura dat Schraderus ad Musaeum, p. 151. cap. IV. Animadu. Apud poetas amatorios quoties non comparantur pueri atque puellae cum diis et deabus? Non libet nunc exempla passim obuia, et quorum plurima pars nota est, addere. Iucundius erit Graecarum litterarum studiosis carmina aliquot eiusmodi argumenti ex Anthologia inedita cognoscere. Dabimus igitur primum carmen Meleagri:

Εἰ μὴ πρὸς Ἔρωτος, μηδὲ πτερὰ, μηδὲ φαρέτρην
Μηδὲ πυριβλήτης εἶχε πόθων ἀκίδας,

Οὐκ

Οὐκ, αὐτὸν τὸν πτανὸν ἐπόμνυμαι, οὐ ποτ' ἂν ἔγνως
Ἐκ μορφᾶς, τὶς ἔφυ Ζώϊλος, εἴ τις Ἔρως.

Πυρίβλητος, quod videtur idem esse debere ac πυριφλεγὴς, aut πυριεκβόλος, non memini me legere alibi. aut ego fallor, aut aliud verbum substituendum est. Cogitaui de verbo: πυριμήτης. Callim. H. in Del. 145. πυρίμητοί τε λέβητες. Sed nec hoc placet. in mentem venit verbum ὁ, ἡ βαπτὸς, quod est tinctus: et ἀκίδες πυρὶ βαπτοὶ nonne bene conuenirent Cupidini, de quo dicit Moschus, α, 29.

Ἢν δὲ λέγῃ, λαβὲ ταῦτα, χαρίζομαι, ὅσσα μοι ὅπλα,
Μήτι θίγῃς· πλάνα δῶρα. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

Quis ignorat belliſſimos Horatii verſiculos: *ferus et Cupido, ſemper* ardentes *acuens ſagittas Cote cruenta.* II, 8, 14. adde in Anthol. IV. 470.

Γυμνὸς ἔρως διὰ τέτο γελᾷ καὶ μείλιχός ἐστιν,
Οὐ γὰρ ἔχει τόξον καὶ πυρόεντα βέλη.

adde Alciphron. Ep. I, 19. et confer Drakenborch. ad Sil. It. XI, 398. Quod vero ad ſyllabam attinet, notum eſt caeſuram ſyllabam breuem in fine verbi et initio pedis extendere, cuius rei cauſam hanc reddit Morellius, quia mora quaedam in illa ſyllaba fit, et, vt ait, ictus pronunciationis in hanc verſus partem cadit. Eiusdem Meleagri hi ſunt verſiculi:

Ἀρνεῖται τὸν Ἔρωτα τεκεῖν ἡ Κύπρις ἰδέσθαι
Ἄλλον ἐν ἠιθέοις ἵμερον Ἀντίοχον.
Ἀλλὰ νέοι σέργοιτε νέον πόθον· ἦ γὰρ ὁ κῆρος
Εἴρηται κρέσσων ἄλλος Ἔρωτος ἔρως.

in quo carmine nihil video, quod corruptum sit aut emendatione opus habeat. illud ἢ est ὄντως, vt verbum explicat Schol. Sophocl. ad Electr. 315. Tertium, quo puerum suum nec deorum amore indignum censet idem poeta, carmen hoc est:

Οὐκ ἐθέλω Χαρίδαμον· ὁ γὰρ καλὸς εἰς Δίαν λεύσσει,
ὡς ἤδη νέκταρ τῷ θεῷ οἰνοχοῶν.
Οὐκ ἐθέλω· τί δέ μοι τὸν ἐπερώνιον βασιλῆα
ἀνταθλον νίκης τῆς ἐν ἔρωτι λαβεῖν;
Αἰροῦμαι δὴ μᾶνον· ὁ παῖς ἀνιὼν ἐς ὄλυμπον
ἐκ γῆς νίπτρα ποδῶν δάκρυα τἀμὰ λάβῃ,
Μναμόσυνον φοργῆς, γλυκὺ δ' ὄμμασι νεῦμα δίδῡγρον
Δοίη καί τι φίλημ' ἁρπάσαι ἀκροδιγὲς·
Τἄλλα δὲ πάντ' ἐχέτω Ζεὺς, ὡς θέμις, εἰ δὲ θελήσοι,
Ἦ τάχα πε κἠγὼ γεύσομαι ἀμβροσίης.

In v. 1. Illud λεύσσω bene capies, si consulueris notata a Ienſio in Lection. Lucian. I, 10. p. 112. nempe βλέπειν, et ὁρᾶν esse affectare, petere, cupere. vt in Hermotim. p. 532. Ἀλλὰ θαῤῥῶν χρὴ καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τῆς ὁδὸ ὁρῶντα καὶ τὴν ἄκρην εὐδαιμονίην. In v. 2. recipere debui lectionem, in margine notatam. nam in textu corrupte legitur: ὡς ἤδη τῷ θείῳ νέκταρ οἰνοχοῶν. Ad v. 6. nota verba Pollucis in Onomaſt. L. VII. ſ. 40. τὸ δὲ τῶν ποδῶν νίπτρον, νίπτερα μὲν Αἴσχυλος, Ἀριστοφάνης δὲ ἀπόνιπτρον atque L. X. ſ. 78. Τρόπια τις ἢ χαλκοῦς ποδανίπτηρ, λέβης· τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον, ἢ λούτριον ἢ ποδάνιπτρον. in v. 7. mallem legere δίὺγροις, quod bonum ſenſum efficit. Intelligere lubet *oculos* natantes *et quadam voluptate ſuffuſos*, vt ait Quintilianus Inſt. XI, 3, 76. Graeci poetae ita loquuntur,

tur, vt Anacreon, c. 28. amicae oculum vult pingi Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης, Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης. Leonidas Tarentinus in Anthol. p. 367. Ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐν ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκώς. Antipater Sidonius ibid. p. 277. Τύρσὰ δὲ δερκομένοισιν ἐν ὄμμασιν — ἀείδοις. confer Burmann. ad Ouid. Art. III. 510. in reliquis interpunctionem ita disposui, vt sensus obscurus esse nequeat. Addam duo alia, licet liberius illa scripta: alterius auctor ignoratur, alterius est Dioscorides.

Ζεῦ πρότερόν τέρπε Γανυμήδεϊ, τὸν δ' ἐμὸν ὦναξ
Δέξανδρον δέρκευ τηλόθεν· οὐ φθονέω.
Εἰ δὲ βίῃ τὸν καλὸν ἀποίσεαι, ἐκέτ' ἀνεκτῶς
Δεσπόζεις· ἀπίτω καὶ τὸ βιᾶν ἐπὶ σοί.

In v. 1. habebat cod. ζεὺς. vitiosa etiam lectio erat in v. 3. ἀποίσεται. vltima non intelligo, nec quomodo βιᾶν locum habere possit video. an de verbo βιάω cogitandum, quod de violento stupro vsurpatur? Addo alterum

Πυγὴν Σωσάρχοιο διέπλασεν Ἀμφιπολίτεω
Μυελίνην παίζων ὁ πρωτολόγος Ἔρως,
Ζῆνα θέλων ἐρεθίξαι ὅθ' ἕνεκα τῶν Γανυμήδου
Μηρῶν οἱ τούτου πολὺ μελιχρότεροι.

Nihil, quod moneam, inuenio. nisi quod, si quem in v. 3. ὅθ' ἕνεκα offendat, ille locum Sophoclis recordari debeat: in Aiac. 121. ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδ', ἐποικτείρω δέ νιν — οὐδ' ἕνεκ' ἄτης συγκατέζευκταν κακῆ. Quid? quod ipsi poetae, potiti amore, sibi diis similes videntur. Tale argumentum habet carmen Stratonis:

Ἐσπέριον Μοῖρίς με, καθ' ἣν ὑγιαίνομεν, ὥρην
Οὐκ οἶδ' εἴτε σαφῶς ἦτ' ὄναρ ἠσπάσατο.

Ἤδη γὰρ τὰ μὲν ἄλλα μάλ' ἀτρεκέως ἐνέησα,
Χὠκόσα μοι προσέφη, χὠκόσ' ἐπυθάνετο.
Εἰ δέ με καὶ πεφίληκε, τεκμαίρομαι· ἐς γὰρ ἀληθὲς,
Πῶς ἀποθεισωθεὶς πλάζομ' ἐπιχθόνιος;

In v. 1. ἠγιάϊν. interpretor: conualuimus. nempe antea desiderio et amore saucius iacuit. vid. Heins. ad Qu. Metam. IX, 494. in vlt. v. chartae Lipsienſ. habent: ἀποβελιοθεὶς. Sed credo me veram lectionem feliciter restituisse. Eiusdem ad Iouem exstat in chartis Lipsienſ. aliud carmen, quo finem imponemus huic disputatiunculae:

Ὑμοσά σοι, Κρονίδη, μὴ πώποτε, μήδ' ἐμοὶ αὐτῷ
Ἐξερπεῖν, ὅτι μοι Θεῦδις ἔερπε λαβεῖν.
Ψυχὴ δ' ἡ δυσάπιστος ἀγαλλομένη πεπότηται
Ἠέρι, καὶ σέξαρτ' ἀγαθὸν οὐ δύναται.
Ἀλλ' ἐρέω, σύγγνωθι σύ μοι· κεῖνος δὲ πέπεισαι
Ζεῦ πάτερ, ἀγνώσου τίς χάρις εὐτυχίης;

v. 2. λαβεῖν compara cum Ouidianis illis: Amor. I, 4, 63. *Oscula iam sumet, iam non tantum oscula sumet.* et Art. I, 669. *Oscula qui sumsit, si non et cætera* sumsit. v. 4. de verbo σίγαν pro tacere vid. Georg. D'arnaud in Lect. Graec. p. 123. v. 5. Ignoſce mihi Iupiter, ille puer etiam mihi ignouit.

πύργον] Sic ſolent poetae Graeci de heroibus virisque fortibus loqui. Homer. Od. Λ. 555. de Aiace, τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο. Eurip. Med. 390. Ἦν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ. Pindarus Pyth. V, 75. de Batto: πύργος ἦεσσε, ὅμμα τε φαεννότατον ξείνοισι. Theo-

Theognis, v. 233. Ἀκρόπολις ἠδὲ πύργος ἐὼν πενεόφρονι δήμῳ, κύρν', ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ. Elegantter etiam Hippocrates in epist. ad Abderitas; S. VIII. p. 6. ed. Wechel. ἠδὲ μακάριοί γε δῆμοι, ὁκόσοι ἔασι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐρύματα ἑαυτῶν, ἠδὲ οὐ τοὺς πύργους οὐδὲ τὰ τείχεα, ἀλλὰ σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰς γνώμας. Vruntur vero similibus formulis, si quendam aut fortem, aut praesidio auxilioque vrbi, ciuibus etc. esse indicare volunt, de ducibus non solum, sed de aliis etiam loquentes; dabimus aliquot exempla. Sophocles in Aiac. 1234. Πρὶν μὲν οὖν ἐννυχίε Δαίματος ἦν μοι προβολὰ ἠδὲ βελέων θάρσος Αἴας. Eurip. in Iph. in Taur. 57. Στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. Pindarus Ol. II, 18. Σικελίας ὀφθαλμὸς, vbi in edit. Oxon. notatur, Gl. MS. habere: φῶς ἠδὲ δόξα, al. ἀσφαλὴς φυλακή. Ibid. ὃς Ἕκτορ ἔσφαλε, Τροίας ἄμαχον ἀσφαβῆ κίονα. et VIII. τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων ἠδὲ τάνδ' ἀλεγρίκεα χῶραν παντοδαποῖσιν ὑπέτασσε ξένοις κίονα δαιμονίαν. Audacius autem in Isthm. VIII. 112. Τρωΐας ἴγας ἑκταμιῶν δορὶ. vocat Hectorem, Memnonem etc. neruos Troiae. Lycophron. v. 278. Ὦ δαῖμον οἷον κίον' αἰσώσας δώμων ἔρεισμα πάτρας ἀντυχοῦς ὑποσπάσας. Homeri ἔρκος hoc sensu positum notum est, et vide Eustath. ad Il. p. 621. 54. et 626. 30. ed. Rom. Quintus Calaber, I, 159. Θυμοβόρε πολέμοιο πελώριον ἔρμινα ἄλκαρ· quanquam apud eundem I, 12. Ἕκτορα δ' ὣς ἐδάμασσε ἠδὲ ἦμαρ ἔρυσσε πόληος, nolo explicare cum Pauone de Hectore, quasi hic dicatur *lux*, *salus* vrbis, etsi sciam illud Virgilii de Hectore, O *lux Dardaniae* etc. atque illa Homeri Il. Θ. 282. αἴκεν τι φάος Δαναοῖσι γένηαι πατρίτε σῳ, me non lateant. vide Hier. Columnam ad Ennium p. 231. *O lux Troiae germane Hector.* Sed malim hoc loco exponere, vt est Il. Z. 6. φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν, Scholiast. χαρὰν, σωτηρίαν, aut apud Horat. IV, 5, 5. *Lucem redde tuae dux bone patriae.* Ita etiam apud eundem poetam III, 561. Briseis de Achille: ἐπὶ σῷ μοι ἔρυσ' ἦμαρ, ἠδὲ φάος ἠελίοιο πέλες, ἠδὲ μέλιχος αἰών. sed vide plura apud Rittershusium ad Oppian. Cyneg. I, 1. γαίης ἐρικυδὲς ἔρεισμα et Halieut. V, 45. βασιλῆες

ὀλύμπια τάχεα γαίης. Sunt talia etiam apud Latinos. Claudian in Ruf. I, 266.

Hic cunctis optata quies, hic ſola pericli
Turris erat clipeusque trucem porrectus in hoſtem.

Senec. Troad. 125. *Tu praeſidium Phrygibus feſſis tu murus eras.* Ouid. Met. XIII. 281. *Graium murus Achilles.* vbi vid. Burman. et Drakenb. ad Sil. It. XVI, 68. Ni fallor, dedit etiam quaedam huc pertinentia ex aduerſariis Patrui Burmannus in Anthol. P. I. p. 84.

E.

E.

Ἀμφὶ τώδ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
Νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
Αἰχμηταὶ πατέρων ἠμετέρων πατέρες.
Εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λίποντες
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

Exſtat hoc fragmentum apud Strabonem in L. VI. p. 428. ed. Almel. qui eo probat, Meſſeniam demum nono ac decimo anno captam fuiſſe. Priores tres verſus etiam leguntur apud Pauſaniam in Meſſen. c. 15. hac tamen diuerſitate: Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμ. quod non diſplicet, vt Il. Z. 461. ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο et X. 381. ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν. vltimum diſtichon dat etiam Pauſanias c. 13. p. 312. Confer de toto hoc loco Eraſm. Vindingium in Hellen. p. 106. in Theſ. Gronou. T. XI. et Hauercampium ad Oroſium p. 80.

πίονα ἔργα] ſunt agri fertiles, loca culta. Il. M. 283. καὶ πεδία λωτεῦντα καὶ ἀνδρῶν πίονα ἔργα. et E. 92. πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε καλ' ἀρούρης. Schol. τὰ γεώργια. Callimach. H. in Dian. 156. σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται. Vide Vulcanium ad v. 125. κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται ἔργα δὲ πάχνη. qui comparat haec cum Virgilianis: *ſternit agros, ſternis ſata laeta, boumque labores.* vide eundem ad Bion. Id. VI, 5.

Budeum in Commentar. Gr. L. p. 274. Kiesslingium ad Oppian. Cyneg. II, 151. πάντη δ' ἔργα βοῶν θαλερὰς βέβριθεν ἀλωάς. Graevium Lect. Heſiod. c. 23. p. 119. et c. 9. pag. 95. et Heinſium in Introd. in Heſiod. c. 21. Vigerumque de Idiot. C. III. S. IV, 12, adde Albertum ad Heſych. ſ. v. ἔργον et quos laudat ad v. ἔργα. Apud Anacreontem c. 37. de vere: Νομὸς ἀγέλων σκιοὶ δονοῦνται· τὰ βροτῶν δ' ἔλαμψεν ἔργα: recte interpretatur Barneſius *agri:* id quod ea, quae ſequuntur, firmant: minus accurate Baxterus intelligit vrbes, arces, et templa. Plenius eſt apud Xenoph. Oecon. XV. 9. ἔργα τῆς γεωργίας. Etiam ἐργάζεσθαι de cultura terrae dicitur, ibid. IV, 15. ὅτι οὐδ' ἂν οἱ ἄλλοι δύναντο ζῆν ἐὰν μὴ οὗτοι οἱ ἐργαζόμενοι. *niſi ſint qui agros colant.* vid. Munckerum ad Lactant. Fab. III. p. 810. et Marklandum ad Max. Tyr. diſſ. 30. p. 707. vt *opus* Latinis de agricultura. vid. Cellarium ad Eutrop. I, 17. *Is cum in opere et arans eſſet inuentus.* et quos laudat Henr. Io. Arntzenius ad Sedulii Carm. Paſch. I. 100. *Nec debet arator Dignum opus exercens.*

Z.

Αὐτὸς γὰρ Κρονίων παλαίσεφάνου πόσις Ἥρης
Ζεὺς Ἡρακλείδαις τήνδε δέδωκε πόλιν.
Οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινεὸν ἡνεμόεντα,
Εὐρείαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.

Profert etiam hos versus Strabo L. VIII, p. 557. eosque legi dicit, ἐν τῇ ποίησει ἐλεγείᾳ, ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίου. Quod Seuinus l. c. legere vult Ἐρινείην pro Ἐρινεὴν, qui pagus est Atticae, ideo, quia Tyrtaeus Athenienſis fuerit, non probo. nam in eiusmodi locis decerptis e maiori opere vix ordinem ſententiarum coniectura aſſequi licet.

ἡνεμόεντα] Euſtath. ad Il. B. v. 606. p. 639. ἢ ἠνεμοέσσαν λέγει, ὡς ἐπὶ ὀρῶν καμένην, atque Scholiaſt. ὑπὸ ἀνέμων κατασπειρομένην, ὑψηλήν. vide illum ad Γ. p. 889. et 901. atque Erneſtium ad Callim. H. in Del. 11. res nota eſt.

H.

Ὥσπερ ὄνοι μεγάλοις ἀχθεσι τειρόμενοι,
Δεσποσύνοισι φέροντες ἀναγκαίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἥμισυ πάνθ' ὅσσων καρπὸν ἄρουρα φέρει.

Sumſimus fragmentum hoc e Pauſania, qui in Meſſeniac. c. 14. p. 313. illatas Meſſeniis a Lacedaemoniis iniurias hoc teſtimonio probat.

ὄνοι] valetne fortaſſe etiam hic locus ad molliendam aſperitatem, quam ſibi multi in comparatione illa Homerica, Il. Λ. 557. Aiacis cum aſino inueniſſe viſi ſunt. Praeter ea, quae Dacieria, Bochartus, Falſterus (in Amoenit. T. III. p. 118. ſequ.) Geſnerus in Comment Societ. Gotting. et Iacob. Rhoer in Feriis Dauentrienſ. de honeſtate aſini diſputauerunt, praeterque ea, quae Riccius in Diſſert. Homeric. P. II. Diſſ. 39. p. 203. habet, quaeque vir doctus du Bos in elegantiſſimo libro ſuper poetarum et pictorum arte, P. II. c. 35. bene monuit, nihil magis arbitror ad defendendum Homerum facere, quam locum Strabonis, quem, quoniam ille, quantum noui, nondum a quoquam in hac diſputatione allatus eſt, adſcribam. χρῶνται δ' ὄνοις οἱ πολλοὶ (de Carmania loquitur) καὶ πρὸς πόλεμον σπάνει τῶν ἵππων· ὄνον τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὃν Πέρσαι σέβοντται θεῶν μόνον καὶ ἐσι πολεμισής. L. XV. p. 1057. ed. Almel. adde ſimilem, nec minus memorabilem locum ex Aeliani Hiſt. Animal. XII, 34. p. 703. (ed. Londin.) Σαρακόροι δὲ οὔτε ἀχθοφόρους, οὔτε ἀλοῦντας ἔχουσι τὰς ἄρυς, ἀλλὰ πολεμισὰς, καὶ ἐπ' αὐτῶν

αὐτῶν γε τοὺς ἐναπλίους ὑπομένουσιν, ὥστερ οὖν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν ἵππων. Ὅστις δ' ἄρα παρ' αὐταῖς ὄνων ὀγκωδέστερος εἶναι δοκεῖ, τοῦτον τῷ Ἄρει προσάγουσιν ἱερόν. Nihil dicam de asino apud Hyperboreos Apollini sacrificato, cuius mentionem facit Pindarus Pyth. Od. X. Quis illustriorem desideret locum de vsu asinorum in bello? Quemadmodum igitur nemo Homerum et Virgilium, heroas cum equis comparantes, vituperat, ita non video, cur comparationem illam improbemus, cum asinus nationibus quibusdam eundem in bello vsum, quem aliis equi, praestiterit. Nihil dicam de eo, quod alios quoque monuisse puto: non extendi latius debere hanc comparationem, eaque tantum spectari, quae poeta ante oculos habuit. Compara Callimach. H. in Del. 228. vbi Iridis vigilantia comparatur cum vigilantia canis. Neque tamen male praestantissimus poeta Hieron. Vida in pulcherrima Arte Poet. L. II. cecinit, si tantummodo recentiora tempora Romanaeque linguae indolem respexit.

Sed non Ausonii recte foedissima musca
Militis aequarit numerum, cum plurima mulctram
Peruolitat, neque enim in Latio magno ore sonantem
Arma ducesque decet tam viles decidere in res.
Nec dictis erit vllus honor, si cum actus ab vrbe,
Daunius hostili, Teucris vrgentibus, heros
Vix pugna abstitit, similis dicetur asello,
Quem pueri laeto pascentem pinguia in agro
Ordea stipitibus duris detrudere tendunt
Instantes quatiuntque fudes per terga, per armos:
Ille autem campo vix cedere, et inter eundum
Saepe hic atque illic auidis insistere malis.
Omnia conueniunt, rerumque simillima imago est:
Credo equidem, sed turpe pecus, nec Turnus asellum
Turnus auis atauisque potens dignabitur heros.
Aptius hanc speciem referet leo etc.

Deno-

δεσποσύνοισιν] id est, δεσπόταις. vid. Stephanum ad Aeschyl. Perſ. 588. οὐκ ἔτι δασμοφορεῦσι δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις. ibi hoc ἀνάγκαις explicat ὑπ' ἀνάγκης. adde eundem in obſeruat. ad Schol. p. 682. ed. Stanl. Cogitabam quidem de alia huius verbi ſignificatione, qua tormenta, miſerias, aerumnas, notat, docente Weſſelingio ad Diod. Sic. T. I. L. III. p. 183. μέχρις ἂν κακουχούμενοι τελευτήσωσιν ἐν ταῖς ἀνάγκαις et ad IV, p. 287. τὰς μὲν ἐν ταῖς ἀνάγκαις ὄντας. ſed illam interpretationem praefero. vide etiam Krebſium in Obſeru. ad N. T. ex Ioſepho p. 131.

Ἥμισυ πάνθ' ὅσσων] Kuhnius emendat: ἥμισυ πᾶν ὅσσον καρπόν· poſſis fortaſſe etiam ſic legere: ἥμισυ πᾶν καρπῶν ὅσσον κ. λ. nempe Meſſenii cogebantur dimidiam frugum partem Spartam deportare. Aelian. V. H. VI, 1. Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίων κρατήσαντες τῶν μὲν γενομένων ἀπάντων ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ τὰ ἥμισυ ἐλάμβανον αὐτοί. vbi vide Perizonium.

Θ.

Δεσπότας οἰμώζοντες ὁμῶς, ἄλοχοί τε καὶ αὐτοί,
Εὖτέ τιν' οὐλομένη μοῖρα κίχοι θανάτου.

Exstat hoc distichon ibidem. Quod Pausanias narrat, Lacedaemoniorum iussu Messenios, cum viros, tum foeminas, nobilium funera veste atra sumta prosequi debuisse, testatur etiam Aelianus l. c. καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας εἰς τὰ πένθη βαδίζειν ἠνάγκαζον, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ μηδένα σφισι προσήκοντας νεκροὺς κλαίειν. vide ibi Kuhnium, quaeque docte notauit Perizonius.

I.

Ἡμετέρῳ βασιλῆι θεοῖσι φίλῳ Θεοπόμπῳ,
Ὃν διὰ Μεσσήνην εἴλομεν εὐρύχορον.

Inueniuntur hi verſus in Pauſan. Meſſen. c. 6. p. 294. vide de iis *diſſertat. ſur un fragment. de Diodore de Sicule dans les Memoir. de litterature de l'Academie des Inſcript.* T. II. p. 103. ſequ. (ed. Pariſ.)

εὐρύχορον] vox Homerica, quam Schol. ad Il. B. 498. explicat πλατεῖαν, μεγάλην. regio ſpatioſa et choris apta. vid. Clarkium ad Od. O. 1. Hoelzlinum ad Apollon IV, 48. et Taylorum ad Demoſthen. T. III. p. 179. Weſſeling. ad Herodot. L. VII. p. 608. vbi oraculum edixit: Τμῖν δ' ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο. et lege quae eleganter de ſcriptura, vtrum ſit εὐρύχωρος an εὐρύχορος, diſputat Cl. Alberti ad Heſych. h. v. p. 1528. 13.

K.

Φοίβου ἀκούσαντες πυθωνόθεν, οἱ τάδε νῦν
καῦν
Μαντείας τε θεοῦ καὶ τελέεντ' ἔπεα.
Ἄρχειν μὲν βελῆς θεοτιμήτους βασιλῆας,
Οἷσι μέλει Σπάρτας ἱμερόεσσα πόλις,
Πρεσβύτας τε γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας
ἄνδρας,
Εὐθείας ῥήτρας ἀνταπαμειβομένους.

Ita editum est hoc fragmentum in editione Plutarchi vulgari T. I. pag. 43. in Lycurgo. Plutarchi totus locus hic est: ὕστερον μέν τοι τῶν πολλῶν ἀφαιρέσει καὶ προσθέσει τὰς γνώμας διαστρεφόντων καὶ παραβιαζομένων, Πολύδωρος καὶ Θεόπομπος οἱ βασιλεῖς τάδε τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν· αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἔροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποσατῆρας εἶμεν. τοῦτ' ἔστι, μὴ κυροῦν, ἀλλ' ὅλως ἀφίσασθαι. καὶ διαλύειν τὸν δῆμον, ὡς ἐντρέποντα καὶ μεταποιοῦντα τὴν γνώμην παρὰ τὸ βέλτιστον. ἔπεισαν δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν πόλιν, ὡς τοῦ θεοῦ ταῦτα προστάσσοντος, ὧν πε Τυρταῖος ἐπιμέμνηται διὰ τούτων: Φοίβου — Versus primus sic exhibetur etiam in edit. Aldina, a. 1519. Frobeniana, a. 1560. et splendida August. Bryani, T. I. 93. nisi quod hic in notis

p. 78.

p. 78. scribit: οἱ τάδε νικᾶν. *lectio prorsus reiicienda, pro qua lege cum A.* (cod. anonymo) οἰκάδ' ἔνεικαν, *domum attulerunt.* quae lectio etiam inter variantes in Francof. ed. apparet. ea autem nihil verius. nam vulgatae nullus est sensus. vide miror, quomodo interpres Latinus extorquere potuerit:

Eximias sortes atque haec oracula vobis
Vincere si est animus Phoebus Apollo dedit etc.

Illam vero etiam secutus est, Dacierius in versione Gallica, p. 199. *Ces Ambassadeurs ayant entendu la voix d'Appollon rapporterent dans leur patrie ces divines paroles, que &c.*

θεοτιμήτους] vt saepe διογενεῖς, διοτρεφεῖς reges appellantur. vid. Car. Drelincurtium in Achille Homer. p. 6. Spanhemium ad Callim. H. in Iou. v. 49. Scherpezeelium ad Hom. Il. B. 197. Ibidem p. 377. Eustathius notat. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἑρμηνεύει, διότι διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς τοὺς βασιλεῖς λέγει, οὐχ ὅτι ἐκ Διὸς τὸ γένος ἕλκουσιν, ἀλλ' ὅτι ἐξ ἐκείνου αὐτοῖς ἡ τιμὴ etc. Callimachus in H. in Iou. 73. σὺ δ' ἐξέκιο πτολιάρχους αὐτοὺς κ. λ.

ῥήτρας] Rhetras docet Cragius de Rep. Lac. L. III. c. 1. dictas fuisse leges diuinae promulgationis, quamuis postea latius patuerit nomen, eoque intellectae fuerint aliorum quoque leges, Lycurgi vero leges ideo sic appellatas, quia non vulgatae fuerint scripto, atque provocat ad Plutarchum, (in Lycurg. pag. 47.) νόμους δὲ γεγραμμένους οὐκ ἔθηκεν — τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν, ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμὸς ὄντα. Suidas. T. III. p. 295. παρὰ Λακεδαιμονίοις ῥήτρα Λυκούργου νόμος, ὡς ἐκ χρησμοῦ τεθέντος, vide Fabricium in Bibl. Graeca, L. II. c. 14. S. 11. pag. 540. et Pfeifferum in Antiqu. Graec. L. II. c. 34. p. 291.

Λ.

Apud Dionem Chryſoſtomum in Orat. II. p. 51. ed. Morell. exſtat locus hic: ἔτι δὲ οἶμαι τὴν παρακλητικὴν οἷα τῶν Λακωνικῶν ἐμβατηρίων, μάλα πρέπουσαν τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνοις. ἄγετ' ὦ

Σπάρτας ἐυάνδρου κοῦροι πρῶτον (*al.* πρότερον) πολιῆται

Λαιᾷ μέν τοι ἴτυν προβάλεσθε δόρυ δ' εὐτόλμως

Βάλλοντες, μὴ φειδόμενοι ζωᾶς περὶ πάτρας.

Operae pretium eſt adferre, quae Frider. Morellus in commentar. p. 10. notauit: "ἄγετ' ὦ Σπάρτας. „ Schol. admonet haec παρακλητικὰ eſſe ἐκ τῶν Τυρ„ταίου. ac primus quidem verſus heroicus ἀκατάληκ„τος occurrit. Alter vero numeris impar et libe„rior, vt ei tibicine opus fuerit. Tertio, quod „ſpondaicus inconcinnus eſſet, et quarti hemiſti„chium mutilum, inutilibus ramis amputatis, ſi non „feliciores, certe politiores ex tempore inſeruimus. „poſtea animaduertimus Theod. Canterum L. I. V. „L. c. 10. huius claſſici concentum ad numeros ana„paeſticos apte reuocaſſe (non inconſulto fortaſſe„

oraculari suo nostroque Aurato) et sex versuum κα-
ταληκτικῶν cancellis circumscripsisse hoc modulo:

Ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
Κούροι πατέρων πολιῆται.
Λαιᾷ μὲν ἴτυν προβαλέσθε,
Δόρυ ἐυτόλμως βάλλοντες
Μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς
Οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.

„Quod in secundo versu loco πρῶτον vel πρότερον re-
„posuit πατέρων fecit congruenter rationi et cod.
„Regio. In tertio retinuimus nostrum προβαλέσθε,
„vt Iambus hic hospes domino Anapaesto cederet.
„Sextus syllabae restitutione stabilitus et augustior
„factus est. Cod. Reg. coniecturae fauet: οὐ γὰρ
„πρὶν τὰς Σπάρτα· a compendio scripturae πριων pro
„πάτριον." Haec ille. Ego vero apponam e Tzetzae Chil. I, 26. quae huc apprime facere arbitror:

Τυρταῖος Λάκων στρατηγὸς καὶ ποιητὴς ὑπῆρ-
χεν,
Προτρεπτικὰ πρὸς πόλεμον γράψας ἀσμά-
των μέλη,
Ἅπερ ἦδον οἱ Λάκονες ἐν συμβολαῖς πολέ-
μων,
Πυῤῥίχιον ὀρχέμενοι τοῖς νόμοις τοῦ Λυκόργου,

ἧς Δικὴ ὁ χρυσόστομος ἔτω πε γραφὲς λέγων:

Ἄγετ' ὦ Σπάρτης εὐάνδρου κοῦροι πατέρων

Λαιᾶ μὲν ἴτυν προβάλλεσθε, δόρυ δ' εὐτόλμως

βάλλοντες,

Μὴ φείδεσθε ζωᾶς. οὐ γὰρ πάτριον τᾷ

Σπάρτᾳ.

Ceterum in editione Dionis, quae Venetiis apud Turrisanum prodiit, legitur πρῶτον, et δόρυ δ' ἐτόλμως, et οὐ γὰρ πατρὶ τᾶς σπάρτας. sed scatet illa editio pluribus erroribus, vt obseruaui passim.

M.

In libello Plutarchi de Stoicorum repugnantiis hic locus legitur p. 1039. (ed. 1624).

Καὶ μὴν οὐχ ἕτερα δεῖ βιβλία διελῆσαι τὰ Χρυσίππου τὴν πρὸς ἑαυτὸν ἐνδεικνυμένης μάχην. ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τούτοις ποτὲ μὲν τοῦ Ἀντισθένους ἐπαινῶν προφέρεται τὸ δεῖν κτᾶσθαι νῶν ἢ βρόχον. καὶ τὸ Τυρταίου τὸ

Πρὶν ἀρετῆς πελάσαι τέρμασιν ἀθανάτου.

καί τοι τί ταῦτα βέλτιον δηλοῦν ἄλλα, πλὴν ὅτι τὸ μὴ ζῆν λυσιτελέστερόν ἐστι τοῦ ζῆν τοῖς κακοῖς καὶ ἀνιήτοις.

N.

Αἰθωνος δὲ λέοντος ἔχων ἐν στήθεσι θυμόν

Hunc verſum ſeruauit nobis Galenus in L. III. de decret. Plat. et Hippocr. p. 267. (ed. Baſil. a. 1538.) cuius illuſtrandi cauſa adſcribamus, quae paullo poſt ibi dicuntur: Τυρταῖος δέ γε, καθάπερ οὖν καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντες οἱ ποιηταὶ σφοδρότατον ἔχειν φασὶ τὸν λέοντας τὸν θυμόν, ὥστε καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοις ἂν ᾖ θυμοειδέστατος εἰκάζουσι λέοντι, καὶ χαρὶς δὲ τῶν ποιητῶν ἅπαντες ἄνθρωποι τὸς θυμωδεστάτους λέοντας ἀπεικάζουσι.

Αἰθωνος] Phauorinus variis ſignificatibus huius verbi explicitis, addit: καὶ αἴθων λέων ὁ διάπυρος. In Etymolog. Magno, vt vocant, notatur: αἴθων ἀνδρεῖος ἢ πολεμικὸς, ἰσχυρὸς, ἢ ἵππος χρῶμα. τὸν δὲ λέβητα ἀπὸ τῆ αἴθεσθαι· οἱ δὲ λαμπρὸν, ἢ μέλανα, ἢ πολιόν. τὸν δὲ λέοντα, τὸν κατὰ ψυχὴν ἔμπυρον, ἢ δασὺν, ἢ μέγαν κ. λ. Apud Homer. Il. E. 638. legimus: πατέρα θρασυμέμνονα, θυμολέοντα. In Anthol. VII. p. 596. legi: Παρθένε θυμολέαινα. vide etiam Libanii epiſtolam in Anecdot. Wolfii, T. II. p. 333.

Ξ.

Vltimo loco ponamus verba Platonis e L. I. de Leg. p. 567. Διαβάντες δ' εὖ καὶ μαχόμενοι, ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν τῷ πολέμῳ (φοάζει Τυρτοῦος) τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι, ὧν οἱ πλεῖστοι γίγνονται θρασεῖς καὶ ἄδικοι καὶ ὕβρεσι καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων, ἐκτὸς δή τινων μάλα ὀλίγων. E Platone eadem laudat repetitque Eusebius in Praeparat. Euang. p. 574. (ed. Paris.) Sed neque praetereunda sunt, quae notat vir quidam eruditus in Obs. Miscell. Vol. I. T. I. p. 127. „πάμπολλοι. „*Multi mercenarii (quod diserte etiam agnoscit Tyr-*„*taeus) qui in externo bello intrepide pugnant.* ibi „διαβάντες εὖ vertunt: *intrepide.* ad sensum non ad „verba. deinde de suo addunt, *in externo bello* quasi „vox *mercenarii* non id per se indicaret. Denique „haec ita vertunt, quasi Tyrtaeus locutus fuisset de „mercenariis militibus. minime. Plato ibi ex elegia „Tyrtaei, quae re vera imago est ciuis pro patria non „timentis mori, has tres phrases transtulit, διαβάν-„τες εὖ, καὶ μαχόμενοι, ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν „πολέμῳ, in genere ita fortissimum virum descri-„bens: inde et malim variantem in margine notatam „lectionem: φοάζοι ὁ Τυρταῖος: id est, φοάζοι „ἄν. dixerit Tyrtaeus."

DIS-

DISSERTATIO PRIMA

DE

TYRTAEO.

In vita Tyrtaei enarranda, comparandisque et conciliandis inter se veterum scriptorum de Tyrtaeo locis complures subortae sunt nobis difficultates, quas ab iis, qui de vita Tyrtaei exposituros se esse polliciti sunt, non sublatas fuisse miramur. Neque enim pauci illius historiam explicandam sibi illustrandamque sumserunt. Sed omnes rem leuiter attigerunt nec protulere aliud quidquam quam quod vulgo notum esset. Certe nihil maius mihi egisse videntur Lil. Gregor. Gyraldus (*a*), Fr. Floridus Sabinus (*b*), Meurfius (*c*), Vossius (*d*), Tanaquidus Faber (*e*);

(*a*) in *Dial. III. de poetarum historia.* p. 128. in oper. T. II. (*b*) in *Lection. Subsecciu.* III, 11. in T. I. *Fac. Critic. Gruter* (*c*) in *Miscell. Lacon.* II, 3. IV, 17. (*d*) in *Institut. Poet.* III. p. 53. (*e*) in *vitis poetar. Graecor.* p. 753. in T. X. *Thes. Gronou. Antiqu. Graec.*

Fabricius (*f*), Io. Burchardus et Frider. Otto Menckenii (*g*). Hi enim omnes Tyrtaei vitam ac res gestas descripserunt, sed summa in hac re breuitate vsi, nec adiuti vbique veterum scriptorum auctoritate et testimoniis. Verbosius reliquis hoc argumentum tractauit Abbas Seuinus in libello, quem in Parisinae Academiae confessu recitauit (*h*). Sed neque hic nobis satisfecit. Nam nec diligenter satis veterum auctorum de Tyrtaeo loca indagauit, nec indagata accurate attulit, pro more gentis suae, quae diuturnum laborem fugit et Germanorum ingenio relinquit. Praeterea coniecturis indulsit, vt leuissime dicam, non necessariis, atque de rebus nullius momenti admodum multa dixit. Quare faciendum nobis esse duximus, vt, quae de vita et fatis Tyrtaei ex antiquis scriptoribus cognita haberemus, exprome-remus atque non solum poetae, cuius ingenio praecipua laus debetur, memoriam renouaremus, sed inseruiremus etiam illorum vtilitati, qui, carminum praestantia perspecta, ipsum poetam paullo accuratius cognoscere velint. Vt vero eo luculentius omnia explicen-

(*f*) in *Bibliotheca Graeca*. L. II. c. 11, p. 449. (*g*) in *Bibliotheca virorum militia atque ac scriptis illustrium* p. 458. (*h*) *Recherches sur la vie & sur les ouvrages de Tyrtée* dans les *Memoires de littérature tirez des registres de l'Académie des Inscriptions*. T. XI. p. 225. sequ. edit. Amstel.

explicentur, age, pauca de tempore dicamus, quo Tyrtaeus vixisse dicitur.

Constat Lacedaemonios tria bella cum Messeniis gessisse magno animorum ardore, licet iniuste, vt equidem credo, et sola gloriae atque regnandi cupiditate a Lacedaemoniis incepta. Primi belli initium, quod, Alcamene et Theopompo Spartae imperantibus Messeniisque Antiocho et Androcle praefectis, exarsit, cadit in annum secundum Olymp. IX. eiusdemque finis in annum primum Olymp. XIV. Hoc bello Ithome, vrbs, quam necessitate coacti Messenii deseruerant, capta est: Messenii victi atque duriss. a Spartano victore habiti. Hinc sub regibus Anaxandro et Anaxidamo, annis post Ithomes excidium peractis XXXIX. alterum bellum conflatum est anno quarto Olymp. XXIII. Hoc bello inprimis Aristomenis, qui Messeniorum res incredibili virtute gessit, et Tyrtaei, qui Lacedaemoniis dux missus fuerat ab Athenienſibus, nomina celebrata fuerunt. Ira capta bellum finitum fuit anno primo Olymp. XXVIII. Tertio Messenii arma ceperunt seditionemque contra Lacedaemonios excitauerunt, quanquam de tempore non conuenit inter historicos, vt docet Kuhnius (*i*). Sed vltimum bellum ad nostri instituti rationem

(*i*) in notis ad Pausaniam. p. 338.

rationem non pertinet. Primum bellum descripsit Myron Prienensis, historicus, et alterum poeta Rhianus, quorum libros iniuria temporum periisse valde dolemus, licet vterque non ab initio belli ad finem perpetua serie omnia descripserit. De his bellis, si plura cognoscere volueris, exposuerunt Pausanias (*k*), Diodorus Siculus (*l*), Iustinus (*m*). Ex his scriptoribus hauserunt sua, qui inter recentiores haec bella descripserunt, quorumque principes sunt Erasmus Vindingius (*n*) et viri docti in Anglia, qui immensum illud de vniuersi orbis historia opus compilauerunt (*o*).

Licet vero haec ita sint, de annorum tamen numero magna est inter historicos dissensio. Nos quidem secuti sumus Pausaniam, cui eo maiorem fidem habendam esse censemus, quo probabilius est, eum et Tyrtaei et Rhiani carmina legere atque inde verum annorum numerum discere potuisse. Eiusdem Pausaniae auctoritatem in serie annorum collocanda secutus est Langbaenius (*p*). Eusebius vero atque Iustinus annos LXXX. inter primum et secundum bellum

(*k*) in *L. IV.* inde a *cap. IV.* p. 287. sequ. (*l*) *Lib. XV.* p. 54. ed. Wessel. (*m*) in *L. III. c.* 5. sequ. (*n*) in *Hellen.* p. 123. sequ. in T. XI. *Thes. Gronou.* (*o*) in T. V. c. 19. S. 668. sequ. (*p*) in notis ad Longinum περὶ ὕψ. IV, 11. confer Corsini *Fast. Attic.* ad Ol. XXIII, 4.

lum effluxisse, secundique belli initium in tertium annum Olymp. XXXV. incidere scribunt, quos, Graevius (*q*) aliique sequuntur. Ex hoc igitur dissensu mira rerum confusio orta est, quae non accurate satis examinantem omnia et recordantem vbique varias horum scriptorum sententias facile turbare potest. Consuli possunt de hoc dissensu Sylburgius et Kuhnius (*r*). Quid? quod etiam fuerunt, qui primum et secundum bellum permiscerent, procul dubio diuersa auctorum narratione in hunc errorem inducti.

Hinc igitur apparet, cui tempori Tyrtaei aetas assignanda sit, eunque in illa definienda non consentiant historici. Floruit poeta tempore belli secundi. Strabo (*s*): ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Τυρταίου ὁ δεύτερος ἐσπάρξε πόλεμος. Sed dissentit, vt iam dixi, Eusebius. Hieronymus enim in Chronico Eusebiano (*t*) ad Olymp. XXXVI. habet: *Myrthaeus Athenienſis poeta cognoſcitur.* vnde et in Graeco textu Χρονικ. Κανον. (*u*) ad Olymp. Λς' legitur: Μυρταῖος Ἀθηναῖος ποιητὴς ἐγνωρίζετο. quo loco Scaliger (*x*), Tyrtaei nomen reponendum esse censet, siue Eusebii error

(*q*) in notis ad Iustin. III, 5. 2. (*r*) ad Pausaniam p. 312. et 315. (*s*) L. VIII. p. 556. ed. Almel. (*t*) p. 122. ed. Scalig. sec. (*u*) p. 158. (*x*) in Animaduerss. p. 83.

M.

In libello Plutarchi de Stoicorum repugnantiis hic locus legitur p. 1039. (ed. 1624).

Καὶ μὴν οὐχ ἧττον δεῖ βιβλία διελῆσαι τὰ Χρυσίππου τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδεικνυμένους μάχην. ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τούτοις ποτὲ μὲν τοῦ Ἀντισθένους ἐπαινῶν προφέρεται τὸ δεῖν κτᾶσθαι νῶν ἢ βρόχον. καὶ τὸ Τυρταίου τὸ

Πρὶν ἀρετῆς πελάσαι τέρμασιν ἢ θανάτου.

καί τοι τί ταῦτα βέλτιστα δηλοῦν ἄλλα, πλὴν ὅτι τὸ μὴ ζῆν λυσιτελέστερόν ἐστι τοῦ ζῆν τοῖς πονηροῖς καὶ ἀνιήτοις.

N.

Ἀιθωνος δὲ λέοντος ἔχων ἐν στήθεσι θυμόν

Hunc versum seruauit nobis Galenus in L. III. de decret. Plat. et Hippocr. p. 267. (ed. Basil. a. 1538.) cuius illustrandi causa adscribamus, quae paullo post ibi dicuntur: Τυρταῖος δέ γε, καθάπερ οὖν καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντες οἱ ποιηταὶ σφοδρότατον ἔχειν φασὶ τὸν λέοντας τὸν θυμὸν, ὥστε καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοις ἂν ᾖ θυμοειδέστατος ἐοικάζουσι λέοντι, καὶ χωρὶς δὲ τῶν ποιητῶν ἅπαντες ἄνθρωποι τὲς θυμωδεστάτες λέοντας ἀποκαλοῦσι.

Ἀιθωνος] Phauorinus variis significatibus huius verbi explicitis, addit: καὶ αἴθων λέων ὁ διάπυρος. In Etymolog. Magno, vt vocant, notatur: αἴθων ἀνδρεῖος ἢ πολεμικὸς, ἰσχυρὸς, ἢ ἵππος χρῶμα. τὸν δὲ λέβητα ἀπὸ τῆς αἴθεσθαι· οἱ δὲ λαμπρὸν, ἢ μέλανα, ἢ πολιόν. τὸν δὲ λέοντα, τὸν κατὰ ψυχὴν ἔμπυρον, ἢ δασὺν, ἢ μέγαν κ. λ. Apud Homer. Il. E. 638. legimus: πατέρα θρασυμέμονα, θυμολέοντα. In Anthol. VII. p. 596. legi: Παρθένα θυμολέοντα. vide etiam Libanii epistolam in Anecdot. Wolfii, T. II. p. 333.

Ξ.

Vltimo loco ponamus verba Platonis e L. I. de Leg. p. 567. Διαβάντες δ' εὖ καὶ μαχόμενοι, ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν τῷ πολέμῳ (φεάζει Τυρτοῖος) τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι, ὧν οἱ πλεῖστοι γίγνονται θρασεῖς καὶ ἄδικοι καὶ ὕβρεις καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων, ἐκτὸς δὴ τινῶν μάλα ὀλίγων. E Platone eadem laudat repetitque Eusebius in Praeparat. Euang. p. 574. (ed. Paris.) Sed neque praetereunda sunt, quae notat vir quidam eruditus in Obs. Miscell. Vol. I. T. I. p. 127. „πάμπολλοι. „*Multi mercenarii (quod diserte etiam agnoscit Tyr-* „*taeus) qui in externo bello intrepide pugnant.* ibi „διαβάντες εὖ vertunt: *intrepide.* ad sensum non ad „verba. deinde de suo addunt, *in externo bello* quasi „vox *mercenarii* non id per se indicaret. Denique „haec ita vertunt, quasi Tyrtaeus locutus fuisset de „mercenariis militibus. minime. Plato ibi ex elegia „Tyrtaei, quae re vera imago est ciuis pro patria non „timentis mori, has tres phrases transtulit, διαβάν-„τες εὖ, καὶ μαχόμενοι, ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν „πολέμῳ, in genere ita fortissimum virum descri-„bens: inde et malim variantem in margine notatam „lectionem: φεάζοι ὁ Τυρταῖος: id est, φεάζοι „ἂν. dixerit Tyrtaeus."

DIS-

DISSERTATIO PRIMA
DE
TYRTAEO.

Tyrtaeo poetae.
Deformi, luſco et claudo,
Litteratori militi contento
Qui
Parnaſſi montem non conſcendit.
Quia claudus erat
Quia luſcus erat
Montemque male videret,
Quem ſi conſcendiſſet
Muſae propter eius deformitatem eiecisſent
Cenotaphium
Trias hominum
Deformium, luſcorum claudorumque
Finxerunt.
Hoc ora viator;
Ne Tyrtaeus ſis.

Poteratne puer ſexennis aliquid ſtolidius ſcribere? Sed totus iſte libellus futilis maligniusque eſt, cuius repetitam editionem in Germania daret Io. Burchardus Menekenius (*m*). Quare ora, lector, ne ſis Barberius. Incubum Gronouium his nugis repetendis (*n*) chartas bonas perdidiſſe non miror. nam plures his ſimiles libellos in Theſauro ſuo propoſuit. In eodem volumine exſtat Io. Henr. Boeckleri *commentatio de ſcriptoribus Graecis et Latinis.* qui libellus

(*m*) addit. Petri Alcyonii *de Exilio libris duobus.* Lipſiae, 1707. (*n*) in *Theſ. Antiqu. Graec.* T. X. p. 797. ſequ.

lus plenus est puerilibus peccatis, vna eademque re aliquoties repetita, ordine rerum turbato, nominibus auctorum ridicule inter se confusis, relictus ille procul dubio a Boeclero non eo consilio, vt ederetur a lucri cupidis bibliopolis aut stultis haeredibus, non sine dedecore Boecleriani nominis. Sed haec obiter. Lege potius, quae de claudo Tyrtaeo sapientius disputat Ger. Io. Vossius (*o*). Denique eorumdem scriptorum testimoniis apparet, litteras docuisse Tyrtaeum Athenis. Quod vero Seuinus negat, in contemtum Spartanorum missum fuisse Tyrtaeum, nihil agit. Nam nec quomodo fides claris scriptorum testimoniis derogari possit, video, nec hanc rem ab Athenienſium ingenio abhorruisse credo.

Quid egerit Tyrtaeus, postaquam ad Lacedaemonios venit, narrat Pausanias. Illum dicit modo principibus, modo plebi elegos et anapaestos decantasse. Mox, quando praelium committebatur, Tyrtaeus magnarumque dearum antistites nihil egerunt aliud, quam vt extremos agminis sui exhortationibus incitarent animosque accenderent. Victi hoc praelio Lacedaemonii et valde perculsi belli finem spectabant: Tyrtaeus recitatis elegis eos de hac sententia deduxit, numerumque militum, qui in cohor-

(*o*) in *Instit. Rhetor.* L. I. p. 78.

tibus desideraretur, de Helotum delectu suppleuit. ὁ δὲ ἀφικόμενος ἰδίᾳ τε τοῖς ἐν τέλει καὶ συναλγῶν ὑπόσους τύχῃ καὶ ἐλεγεῖα καὶ τὰ ἔπη σφίσι τὰ ἀναπαυσαι ἤδεν — Τυρταῖος δὲ καὶ οἱ τῶν θεῶν ἐπιφαίνεται τῶν μεγάλων ἔργου μὲν ἤπτοντο ὑυδενὸς, τοὺς τελευταίους δὲ τῆς ἑαυτῶν ἐπάνειρον τεταγμένους ἐπήγειρον — Λακεδαιμονίων δὲ ἐχόντων ἀθύμως μετὰ τὴν πληγὴν καὶ ἀφεμένων κατὰ θεοῦ τὸν πόλεμον, Τυρταῖός τε ἐλεγεῖα ἄδων μετέπεμψεν αὐτοὺς καὶ ἐς τοὺς λόχους ἀντὶ τῶν τεθνεώτων παντὰ λεγεν ἀνδρεῖος ἐν τῶν ἐλωτῶν. Iustinus hanc historiam ita narrauit: *Tyrtaeum miserunt, qui tribus praeliis fusos ea vsque desperationis Spartanos adduxit, vt ad supplementum exercitus seruos suos manumitterent, binique singulorum matrimonia pollicerentur, vt non numero tantum amissorum ciuium, sed et dignitati succederent. Sed reges Lacedaemoniorum, ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infligerent, reducere exercitum voluerunt, ni interuenisset Tyrtaeus, qui compacta carmina exercitui pro contione recitauit, in quibus hortamenta virtutis, clamorum foletia, belli consilia conscripserat. Itaque tantum ardorem militibus iniecit, vt non de salute, sed de sepultura solliciti, tesseras, insculptis suis et patrum nominibus, dextro*

brachio

brachio deligarent, ut si omnes adversum praelium consumsissent et, temporis spatio consusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent. Itaque tantis animis concursum est, ut raro unquam cruentius praelium fuerit. Ad postremum tamen victoria Lacedaemoniorum fuit. Quod ad tesseras attinet, brachiis alligatas, narrat rem quoque Polyaenus (*p*) atque hoc consilium Tyrtaeo tribuit. quare locum huc transferemus. Τυρταῖος Λακεδαιμονίων μελλόντων παρατάττεσθαι πρὸς Μεσσηνίους καὶ βεβουλευμένων ναεῖν ἢ ἐκπολεμεῖν ἐν τῇ μάχῃ ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοντο ἔκαστος, ἐπὶ τοῖς σκυταλίδας ἀπέφηνε γεγραμμένας καὶ περὶ τῇ λαιᾷ χειρὶ φερόντων, βουλόμενος ἐκπλῆξαι τοὺς Μεσσηνίους τοῦτο μαθόντας παρήγγειλε μὴ παρατηρεῖν τοὺς αὐτομολοῦντας. Ἐλθόντας δὲ μηδενὸς παρεφυλάττοντος εὐθὺν αὐτομολήσαντες ἤγγειλαν τοῖς Μεσσηνίοις τὴν ἀπόκρυφον τὴν Λακωνικήν. οἱ δὲ καταπλαγέντες εὐθυθέστερον ἀγωνισάμενοι τὴν νίκην οὐ διὰ μακροῦ Λακεδαιμονίοις ἔδοσαν.

Illa de accensis Lacedaemoniorum animis Tyrtaei carminibus, celeberrima fuit antiquis temporibus historia. Inde eam complures veterum auctorum attigerunt. Maximus Tyrius inquit (*q*): Καὶ Σπαρτιάτης

(*p*) in *Stratag.* I, 17. (*q*) in *Dissert.* XXI.

τιάτους ἤγειρε τὰ Τυρταίου ἔπη, ut copiosius Themistius (r): Λακεδαιμονίοις τοῖς πάλαι πολέμῳ πιεζομένοις ὑπὸ Μεσσηνίων ἀνεῖλεν ὁ θεὸς συμμαχίαν αἰτεῖσθαι Ἀθηναίους· πρεσβευσαμένοις δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις, οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ συμμαχίαν τὴν πυθόχρηστον αἰτησαμένοις οὐχ ὁπλίτας ἔδοσαν, οὐδὲ ἱππέας, οὐδὲ μὰ Δία ψιλοὺς ἢ γυμνήτας· ἀλλὰ Τυρταῖον τὸν ποιητὴν ἤδεσαν γὰρ ὅτε σοφοὶ ὄντες Ἀθηναῖοι τοῖς μὲν σώμασι Λακεδαιμονίους Μεσσηνέων οὐχ ἡττωμένους, θάρσει δὲ καὶ προθυμίᾳ βελτίους γίνεσθαι καὶ ἰσαρίθμους ἰσαριθμίων καὶ πολλῷ ἐλάττους πλειόνων. — ἀνασήσασθαι δὲ τούτους ἐπτηχότας καὶ ἀνεγεῖραι αὐτῶν τὰ φρονήματα καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον ζῆλον ἀναζωπυρῆσαι ἱκανὸς μὲν ἦν καὶ Τυρταῖος. Vnde apparet, de duobus dissentire Themistium ab iis, quos nuper testimonia supra protulimus, auctoribus. Nam, vt ii scribunt, ducem petere debuisse oraculo admonitos Lacedaemonios, sic hic narrat, eos auxilium imploraſſe, atque etiam innuere videtur, non ludibrii aut contemtus causa, sed bono animo misisse Athenienses claudum poetam. quanquam Themistii opinio vix probabilis mihi videtur. cui etiam aduersari videtur Ampelius (s). *Tyrtaeusque* (nam ita recte emenda-

(r) in *orat. XV.* p. 197. (ed. Hard.) (s) in *libro memoriali* c. 24.

emendauit Meurſius (*t*), probante Fabricio (*u*): ante corrupte legebatur *Tertiusque Meſſenio bello ex oraculo Apollinis dux ab Athenienſibus per ludibrium miſſus pacanum cantu militum animos concitauit, vt tam diuturnum praelium victoria conſummarent.* Huc etiam Aelianus (*x*) ſpectat, qui de Elephantis dicit, eos, ad certamen vt incendantur, ſeſe promiſcide verberare, neque cuiusquam egere praeceptis. οὐδὲ μὴν τὰ Τυρταίου μέτρα ἀναμένουσι. Hoc vero loco, vbi Graecorum ſcriptorum teſtimonia recenſemus, non eſt omittendus locus Suidae, quamquam non ſat accurate ille rem geſtam complectitur: Τυρταῖος. οἱ Λακεδαιμόνιοι ὤμοσαν, ἢ Μεσσήνην αἱρήσειν, ἢ αὐτοὶ τεθνήξεσθαι. Χρήσαντος δὲ τοῦ Θεοῦ ἑρατηγὸν παρὰ Ἀθηναίων λαβεῖν, λαμβάνουσι Τυρταῖον, τὸν ποιητὴν, χωλὸν ἄνδρα, ὃς ἐπ' ἀρετὴν αὐτοὺς παρακαλῶν εἶλε τῷ ιʹ ἔτει τὴν Μεσσήνην καὶ ταύτην κατέσκαψαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐν τοῖς Εἵλωσι κατέταξαν. Quid in hoc loco emendandum ſit, facile intelligent, qui recordentur loca ſuperius a nobis allata. Nec Latini ſcriptores rem ſilentio praeterierunt. Quis non recordatur pulchros Horatii verſus (*y*),

(*t*) in *Miſc. Lac.* II, 2. (*u*) in *Bibliotb. Gr.* l. II, c. 11. p. 449. adde Duckerum ad h. l. (*x*) in *Hiſtor. Animi.* VI, 1. p. 307. ed. Lond. (*y*) in *Art. Poet.* 401.

post hos insignis Homerus
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

vbi Baxterus in nota illum non longe ab Homeri aetate abfuisse dicit, etsi nesciam qua coniectura sit ductus. Totam rem etiam commemorat Orosius (z): *Lacedaemonii Tyrtaeum poetam Atheniensem ducem praelio legunt, qui tribus conflictibus fusi amissum exercitum vocata in libertatem seruorum manu suppleuerunt. Sed cum sic quoque desistendum certamine propter metum periculi arbitrarentur, Tyrtaei poetae et ducis compositio carmine et pro concione recitato rursus accensi mox in certamen ruunt.* Procul dubio hanc historiam etiam in animo habuisse Quintilianum haec illius verba testantur (a): *duces maximos et fidibus et tibiis cecinisse traditum et exercitus Lacedaemoniorum musicis accensos modis.* Sed experti sunt similem fere carminum vim alio quoque tempore Lacedaemonii. Historiam legimus a Diodoro Siculo (b) memoriae proditam. Citharoedus, inquit, Terpander genere Methymnaeus. Ciuili quondam bello agitatis Lacedaemoniis oraculum editum est, iterum consensuros, si ex Methymna Terpander illis

(z) *aduers. Pagan. Histor. I*, 21. p. 82. ed. Haverkamp. (a) *Instit. Orat. I*, 10. (b) v. Fragmenta Diod. Sic. p. 639.

illis caneret. Et sane carmen quoddam cum artificiose cecinisset, ipsos iterum coniunxit. Cantu enim animis mutatis sese complectebantur lacrimisque profusis osculabantur. Possumus huc etiam referre similem historiam, quam de Solone memoriae prodiderunt veteres auctores (*c*). In diuturna Atheniensium contentione cum Megarensibus de insula Salamina, cum capitis poenam illi proposuissent relaturo de ea recuperanda ad populum, Solon insaniae specie consilium texit, in forum se proripuit, atque elegis recitatis, vt bellum decernerent, Athenienses commouit. Horum versuum aliquot seruati ad nostram memoriam peruenerunt:

Ἴωμεν ἐς Σαλαμῖνα μαχησόμενοι περὶ νήσου
ἱμερτῆς χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι κ. λ.

Sed in viam redeamus.

Hac igitur re praeclare gesta et nominis immortalitatem consecutus est Tyrtaeus et optime meritus de Lacedaemoniis. Praemium reportauit ius ciuitatis. Causam etiam aliam discimus e Plutarcho (*d*): πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τί Τυρταῖον τὸν ποιητὴν

(*c*) v. Diog. Laert. L. I. S. 46. 47. Polyaenum. in *Strateg.* L. I. c. 20. Iustinum II, 7, 9. et Vlpianum ad orat. Demosth. περὶ παραπρεσβ. (*d*) in *Lacon. Apophthegm.* p. 230.

ἐποιήσαντο πολίτην, ὅπως, ἔφη, μηδέποτε ξένος φαίνηται ἡμῶν ἡγεμών. Meurſius vero, qui nemini iuris ciuitatis tributum fuiſſe dicit a Spartanis, narrat (*e*), Tyrtaeo conceſſam quidem in ſpeciem fuiſſe ciuitatem, datumque habitare Spartae, quod omnino non licuit peregrino, ſed iura tamen omnia ciuitatis illi non data eſſe. quod myſterium quis Meurſio narrauerit, ignoro.

Sed alia quoque de Tyrtaeo memoriae prodita eſſe recordamur, quae nobis non omittenda ſunt. Primum dicitur auctor fuiſſe triplicis chori apud Lacedaemonios. Pollux (*f*): Τριχορίαν δὲ Τυρταῖος ἔστησε, τρεῖς Λακώνων χορούς· καθ' ἡλικίαν ἑκάστην, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας. Triplicis huius chori mentionem facit inſtitutumque hoc tribuit Plutarchus Lycurgo (*g*): τριῶν γὰρ χορῶν παντὸς τοῦ τρεῖς ἡλικίας συνισαμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς ὁ μὲν τῶν γερόντων ἀρχόμενος ἤδεν

Ἄμμες ποκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.

Ὁ δὲ τῶν ἀκμαζόντων ἀμειβόμενος ἔλεγεν,

Ἄμμες δὲ γ' ἐμέν· αἱ δὲ λῆς πάρων λαβέ.

Ὁ δὲ τρίτος, ὁ τῶν παίδων,

Ἄμμες δὲ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.

Meurſius

(*e*) in *Miſcell. Lacon.* L. IV. c. 11. (*f*) in *Onomaſt.* L. IV. ſ. 106. conf. Florent. Chriſtianum ad *Ariſtoph. Veſp.* 1063. p. 147. et Cragium *de Rep. Laced.* I, 6. (*g*) in *Lycurg.* p. 53. add. *Inſtit. Lacon.* p. 237.

Meurſius vero (*b*) nec Lycurgum triplicis huius chori auctorem fuiſſe oſtendere laborat, non fruſtra fortaſſe. Conſulatur etiam de hoc argumento Io. Seldenus (*i*).

Porro tubarum quoque inuentio Tyrtaeo tribuitur, quanquam non certiſſimis ab auctoribus. Acron enim, Horatii Scholiaſtes, haec notauit (*k*): *Tyrtaeus: Lacedaemoniis diu aduerſum Athenienſes* (male haec ita narrantur: legi debet: Meſſenios) *certantibus oracula reſponderunt, non aliter poſſe victoriam habere, niſi Athenienſem ducem habuiſſent. Miſſis legatis, qui hoc ab Athenienſibus poſtularent, Athenienſes in contumeliam ipſis Tyrtaeum* (prauo quidam libri *Dircaeum* et *Dyreaeum* habent) *quendam claudum dederunt, dicentes, iuxta ignauiam ipſorum hunc eis ducem ſufficere poſſe. Sic oracula, quae promiſerant, non fruſtrata ſunt. Nam Tyrtaeus licet corpore eſſet debilis, ſcripſit tamen carmen heroicum, quo accenſi Lacedaemonii in aciem proceſſerunt ſicque conſecuti ſunt victoriam.* Item: *Tyrtaeus fuit genere Athenienſis, poſita omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit, qua etiam Lacedaemonii vſi vicerunt Meſſenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedaemonios et Meſſe-*

nios

(*b*) in *Miſcell. Laconic.* L. II. c. 10. (*i*) ad *Marmora Arundel.* p. 1509. (ed. Londin. a. 1726.) (*k*) ad *Art. Poet.* v. 402. p. 121. ed. Venet. 1567.

nios bellum traheretur, consuluerunt Lacedaemonii Apollinem. Quibus responsum est, non aliter eos posse vincere, nisi cum duce Athenienſi pugnarent. Quibus Athenienſes Tyrtaeum dederunt et ita Lacedaemonii vicerunt, cum hostes nostur tubae sonitus terruisset. Recte ad h. l. obſeruat Clarissimus Actonem historiam bis narrare cum suis verbis, tum Porphyrionis, quae illum et inuertisse et mutilasse apparebit toto loco adscripto: *Tyrtaeus: fuit hic genere Athenienſis poeta, omni parte membrorum deformis: primus hic cubae moderationem dedit ex hac causa. Nam cum Lacedaemonii bellum aduersum Messenios gerarent diuque traherent dubium Martis euentum, responsum acceperunt ab Apolline, si vellent vincere, Athenienſi vterentur duce, a quibus rogati Athenienſes miserunt Tyrtaeum claudum et luscum, quem deformem crederent: vsi sunt auxilio Lacedaemonii, quibus ille cantum monstrauit tubarum, quarum inaudito territi sono Messenii fugerunt, adepti sunt victoriam Lacones.* Quo auctore haec referantur, nescio. Quod vero ad tubae inuentionem attinet, falso putat Tyrtaeo eam tribui Sonchaeus (*t*). Certe valde fides Scholiastae minuitur, si

(*t*) dans *le prémier Discours sur les poetes Elegiaques* dans les *Memoires de litterature de l'Academie des Inscriptions* T. VII. p. 370.

si cogitamus, neminem eorum, qui accuratissime de Tyrtaeo et bellis Messenicis egerunt, tubae mentionem fecisse. Quare Acronem et Porphyrionem aut memoria lapsos aut ab aliis in errorem inductos esse puto. Nisi me omnia fallunt, nominis similitudine decepti sunt. Nam plurimi veterum pro Tyrrhenum, Herculis filium, tubam inuenisse credidit (*m*). Tyrrheni igitur nomen cum Tyrtaei nomine confusum ab illis fuit. Sed reuertamur ad illa, quae toti huic disputationi occasionem dederunt, agamusque paullo copiosius de Tyrtaeo poeta, illiusque carminibus.

Fuisse enim poetam Tyrtaeum et composuisse carmina quaedam iam diximus. Subiungitur ille plerumque Homero, quo tamen inferior fuisse dicitur. Sic Themistius (*n*), inquit, τὸν Τυρταίου μεγαλοφωνότερον Ὁμήρου Galenus etiam illius mentionem facit bis (*o*). ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐκ τῆς τραγῳδίας καὶ παρὰ Τυρταίου καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν οὐκ ὀλίγα παραθέμενος. et: οὐχ ὅπως γὰρ Εὐριπίδης ἢ Τυρταῖος, ἤ τις ἄλλος ποιητής. Quintilianus (*p*). *Quid? Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit.*

et:

(*m*) v. Pausan. L. II. c. 21. p. 158. (*n*) l. c. p. 198.
(*o*) περ. τῶν κατ' ἰητρικὴν αἱρ. Πλατ. δογμ. β. γ. p. 268. 269. ed. Basileens. 1538. (*p*) *Instit. Orat.* XI, 1. XII, 211.

et: *Neque enim si quis Achillis gloriam in bellicis consequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur, neque qui Homeri, non Tyrtaei.* Plato nostrum poetam (*q*), reprehendit quidem, quod in militaris peritiae laude nimius fuerit, non distinxerit genera belli, atque unam fortitudinem commendans reliquas virtutes omiserit, sed idem et eodem loco, ὦ Τυρταῖε, ποιητὴ θεῖός τε, inquit, δεδεῆς γὰρ δὴ σοφὸς ἡμῖν εἶναι καὶ ἀγαθὸς, ὅτι τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ διαφέροντας διαφερόντως ἐγκεκωμίακας et alio: Ἀλλὰ αἰσχρὸν δὴ μᾶλλον ὁμήρου τε καὶ Τυρταίου, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι περὶ βίου τε καὶ ἐπιτηδευμάτων κακῶς θέσθαι γράψαντας. Λυκούργῳ δὲ ἧττον καὶ Σόλωνι καὶ ὅσοι δὴ νομοθέται γενόμενοι γράμματα ἔγραψαν; Etiam apud Plutarchum (*r*) est egregia laus Tyrtaei, Λεωνίδαν μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν λέγουσιν ἐπερωτηθέντα, ποίας τις αὐτῷ φαίνεται ποιητὴς γεγονέναι Τυρταῖος, εἰπεῖν, ἀγαθὸς νέων ψυχὰς αἰκάλλειν. ἐμπιπλαμένους γὰρ ὑπὸ τῶν ποιημάτων ἐνθουσιασμοῦ περὶ τὰς μάχας ἠφείδουν ἑαυτῶν. Quod Leonidae iudicium repetit alio loco (*s*): Τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι, Ἀγαθὸν ποιητὴν, ἔφη, νέων ψυχὰς

(*q*) *de Leg. I.* p. 628. ed. Steph. et L. IX. p. 858.
(*r*) in *vit. Parall.* p. 805. (*s*) *terrestriane an aquat. animalia sint callidiora.* p. 959.

χῆς καθιύειν ὡς τοῖς νέοις διὰ τῶν ἐπῶν ὁρμὴν ἐμποιοῦντα μετὰ θυμοῦ καὶ φιλοτιμίας ἐν ταῖς μάχαις ἀφείδεσθαι αὐτῶν. Idem Plutarchus (*t*) alius atque ab hoc diuersi Tyrtaei mentionem facit, nempe Τυρταίου τοῦ Μαντινέως, Muſici. Euſtathius praeclare laudat vim Tyrtaei poeticam (*u*): Τοιαῦτα ὁ λόγος δύναται. Τοιοῦτον ἡ ἱστορία καὶ τὸν Τυρταῖον οἶδε ῥήτορα, οἷον ἐφεδίζειν παραθύμως αὐτοκινδυνεύειν εἰς πόλεμον. Καὶ ὁ ἐντυχὼν ἔπεσι ἐκείνοις εἴσεται, ἔπεσιν ἐνθουσιαῖ τῷ εἰς μάχην ἐγερτικῷ. qua quidem laude nihil verius dici poteſt. Porro indicatur noſter poeta ab Harpocratione in *Lex.* Τυρταῖος, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτες· ὁ τῶν ἐλεγείων ποιητὴς καὶ αὐλητής. Strabo (*x*) non ſolum teſtatur ducem fuiſſe Tyrtaeum, ſed etiam verſus e poemate deperdito, quod εὐνομίαι inſcriptum fuit, laudat: ἡνίκα φησὶν αὐτὸς στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ γοῦν ἔπειτα φησὶν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ποιήσει ἐλεγείοις, ἣν ἐπιγεγράφασιν Εὐνομίαν. Huius etiam carminis mentionem facit Ariſtoteles (*y*). Συνέβη δὲ καὶ τοῦτο καὶ Λακεδαιμονίοις ὑπὸ τὸν Μεσσηνιακὸν πόλεμον. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς Τυρταίου ποιήσεως.

τῆς

(*t*) *de Muſica* p. 1137. (*u*) ad Il. Γ. p. 839. T. II. ed. Polit. (*x*) in *Libr. VIII.* p. 556. (*y*) in L. V. *Polit.* c. 7.

τῆς καλουμένης Εὐνομίας. Meurſius (*z*) cenſet opus, quod Εὐνομίαν ab Ariſtotele appellatur, eſſe idem quod Πολιτείαν Suidae appellauit. conferri quae Scuinus dicit (*a*).

Maxime vero nomen Tyrtaei celebratum eſt ἐκ τῶν βασιλείων illis, quorum rationem clare explicabimus. Pertinet enim res inprimis ad argumentum propoſitum. Quemadmodum Lacedaemonii multis vſi ſunt inſtitutis, quae longe diuerſa eſſent ab aliarum gentium inſtitutis, ita etiam in bello ſingularia multa commiſerunt. Nam et pugnaturi purpureis thoraecibus induebantur, ſiue, vt non viderent ſanguinem, quo adſperſi eſſent, ſiue vt terribili colore metum incuterent hoſtibus, et rex ante praelium ſacrificabat Muſis (*b*). Sic etiam ante praelium in tentoriis regis ſui conuocati audiebant carmina Tyrtaei. Luculentum locus eſt apud Lycurgum (*c*). Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν Ἑλλήνων, ὅτι Τυρταῖον στρατηγὸν ἑλόμενοι παρὰ τῆς πόλεως, μετ' οὐ πολὺ τῶν πολεμίων ἐκράτησαν, καὶ τὴν περὶ τὰς νέας ἐπιμέλειαν συνεστήσαντο; ἃς οὐ μόνον εἰς τὸν παρόντα κίνδυνον, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν αὐτῶν βίον βουλευσάμενοι καλῶς. πολλὰ γὰρ

(*z*) in *Bibliotb. Attic.* p. 1623. in T. X. *Theſ. Gronou.* (*a*) loco cit. p. 238. (*b*) v. Meurſii *Miſcell. Lacon.* L. II. c. 19. et Craſſum de *Rep. Lac.* L. IV. *inſt.* VI. *inſt.* 6. et t. XII. *inſt.* 9. (*c*) in *orat. contra Leocrat.* c. 28.

γελᾷ αὐτοῖς ἐλεγεῖα ποιήσας, ὧν ἀκούοντες παιδευόμεθα πρὸς ἀνδρείαν. καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες, περὶ τούτου οὕτω σφόδρα ἐσπούδακασιν, ὥστε νόμον ἔθεντο, ὅτε ἐν τοῖς ὅπλοις ἐξεταζόμενοι εἶεν, καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν ἀκουσομένους τῶν Τυρταίου ποιημάτων· ἀνδρεῖον γὰρ νομίζοντες οὕτως ἂν αὐτοὺς μᾶλλον πρὸς τὴν παρουσίαν ἑτοίμους ἔσεσθαι παρορμήσειν. Hunc etiam ſpectat Dio Chryſoſtomus (*d*): μόνοι γὰρ Ὁμήρου μνήμην ποιοῦνται οἱ ποιηταὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ποιήμασι, καὶ τοῦτο μὲν εἰσάπαξ λέγειν, ἀεὶ δὲ ὁπόταν μέλλωσι μάχεσθαι, παρακελευόμενοι τοῖς αὑτῶν ὥσπερ τὸ Τυρταίου ἐν Λακεδαίμονι ἐλέγετο. Paullo aliter refert Athenaeus (*e*): Πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν καὶ οἱ τῶν ἐμβατηρίων μέλη ἀναλεγόμενοι εὑρήσουσιν, ἅπερ καὶ ἐνόπλια καλεῖται. Καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς πολέμοις τῶν Τυρταίου ποιημάτων ἀπομιμνημονεύοντες ἐνρύθμων κίνησιν ποιοῦνται. Φιλόχορος δὲ φησι κρατηθέντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου ἀφελείαν ἐν ταῖς ἐφοδείαις ἔθος ποιήσασθαι, ἐν διπλασιασμῷ ὄντες καὶ παιανίσαντες, ἄδειν πρὸς ἕνα Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον καὶ ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας. Vnde fortaſſe colligi

(*d*) in *Orat. XXXVI.* p. 449. (*e*) in *Lib. XIV.* p. 630.

ligi potest, Lacedaemonios progredientes in hostes carmina illa cecinisse. Cui sententiae etiam favere videtur locus Thucydidis (*f*). Λακεδαιμόνιοι δὲ πρῶτον ἐπέπεσον δὲ, καὶ μετὰ τῶν πολεμικῶν νόμων, ἐν οἷς ἐσαν αὐτοῖς οὐ πολὺ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὴν παρασκευὴν τῆς μάχης ἀγαθοῖς ἦσαν ἐποιοῦντο. Duckerus quidem locum perplexa orationis structura obscurissimum esse dicit, mihi vero probatur Hudsoni interpretatio: *Lacedaemonii vero et per se ipsos et carminibus ad mores militares factis* (vel *quadam militaris musicae disciplina*) *se mutuo hortabantur*. Eandem propemodum habet Cl. Abresch (*g*) qui sensum facit hunce: Lacedaemonios non exspectasse exhortationes ducum suorum, verum inter se, fortes quippe atque strenuos singulos, adiutos animatosque carminibus πρεσβευτικοῖς, quae praeclara maiorum facta ipsis in memoriam revocabant, sese excitasse recordatione atque commemoratione rerum gestarum. Facit etiam ad rem nostram nota Scholiastae: νόμοι πολεμικοὶ λέγει τοὺς ἅρμοντας, οἷς ἤδον οἱ Λακεδαιμόνιοι μέλποντες μάχεσθαι, ἢ γοᾶφον (sed haec lectio certissime est corrupta, et unica vera Schol. Cass. notante Duckero, lectio: ἦν δὲ πρεσβευτικὰ) ἐκάλουν δὲ ἐμβατήρια. ἡ δὲ διάνοια. ἕκαστος τῶν Λακεδαιμονίων αὐτοῖς παρεκε-

(*f*) V, 69. (*g*) in *Dilucidat. Thucyd.* p. 543.

παρεπελεύοντο, ἀγωνιζόμενοι ὧδε, μεμιμοῦντο, ὅτε μεμιμοῦντο καὶ ἀπίσαυτο. ἐποίουν δὲ τοῦτο ἐσθῆτες. Iam primos tibiarum vſum adhibuiſſe Lacedaemonios atque ad earum cantum greſſus poſuiſſe plures ſcriptores commemorant, in quibus in locis teſtantur, vt Athenaeus (*b*): Διόπερ καὶ οἱ εὐδοκιμοῦντες Λακεδαιμονίων μετ' αὐλῶν ἐφαρμόττουσι: Κρῆτες δὲ μετὰ λύρας κ.τ.λ. Polybius (*i*): ὅθ' οὗτοι παλαιοὶ Κρῆτες καὶ Λακεδαιμόνιοι αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν ἐς τὸν πόλεμον εὐτρεπῆ μᾶλλον ἡγοῦνται καὶ νομίζουσι εἰσάγειν. Maximus Tyrius (*k*): Λυκοῦργος ἐπιτάττει τοῖς νέοις αὐλεῖν ἡσυχάζοντας ἐν τοῖς μάχαις· οἱ δὲ ἐπιθέοντο καὶ ἐπόλεμουν χορεῖα νόμῳ. adde huic Lucianum (*l*), Polyaenum (*m*), Aul. Gellium (*n*). Nunc ad ἐμβατήρια redeamus. De iis praeter Heſychium, qui habet: ἐμβατήρια, ὅταν αὐλήμασιν, Thucydides (*o*): Καὶ μετὰ τοῦτο ἡ ξύνοδος ἦν· Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐπέκεινα τοῦ ἰσθμοῦ ἐχώρουν· Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ ἐχώρουν· Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστῶτων οὐ τὸ θεῖον χέρειν, ἀλλ' ὅπως ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προΐοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις. int. *Argivi quidem eorumque ſocii magno*

(*b*) L. XIV. c. 8. p. 627. conf. p. 517. et p. 626. (*i*) L. IV. p. 402. (*k*) in *Diſſert. XXI.* (*l*) *de Saltat.* p. 790. (*m*) in *Stratag.* L. I. c. 10. (*n*) in *Noct. Att.* I. 11. (*o*) L. V. c. 70.

magno impetu iraque consistat fervebantve: Lacedaemonii vero lenes adeamus multarum tibicinum, qui ex lege inter ipsos erant interpositi, non rei diuturnae gratia, sed ut ad numerum aequabili gradu incedentes progrederentur, vires acies distribuerentur. Sed nihil fere magis placet lectio quorundam librorum νόμου, quam ita defendi posse dicit Duckerus, ut vox non pro lege accipiatur, sed pro nomo musico. nam verbum νόμοι indicat non solum modulos, sive modos per se sumtos, sed ipsa quoque carmina modulata. inde Proclum (*p*), et consule Dorvillium (*q*), et Burmannum (*r*). Inde conjungenda sunt haec: ὑπὸ νόμου πολλῶν αὐλητῶν cithara significationem etiam retento dativo. νόμῳ manere posse Duckerus addat. Atque etiam hanc interpretationem eo confirmari constat, quoniam paullo post Thucydides posuerit ὑπὸ τοῦ θείου χοροῦ, quod Schol. explicat ὑμνου· nam νόμον esse hymnum deorum. Diligenter et accurate totam rem describit Plutarchus (*s*) cuius verba huc transferenda sunt: ὅτων δὲ ἐν τοῖς ἐπινικίοις τοῦ Λακωνικοῦ πομπείου, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐγὼ ἐθεασάμην, καὶ τοὺς ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς ἀναπαίων, οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπάγοντες τοὺς παιᾶνας,

(*p*) apud Photium p. 523. (*q*) in *Vanno Critic.* p. 649. (*r*) ad Suetonii *Nerun.* c. 20. (*s*) in *Lycurg.* p. 52.

πολεμίους, οὐ κακῶς ἠκούσεσθαι καὶ τὸν Τυρταῖον καὶ τὸν Πινδαρον τῇ μουσικῇ συνεστῶτα. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς μάχαις προηγεῖτο τῶν μέσων ὁ βασιλεὺς, ἀναμιμνήσκων (ὡς ἔοικε) τῶν προτέρων καὶ τῶν πάνυ ἀρχαίων, ἅτε οὐκ ἀπόχρωσα πάσῃ τῇ δυνάμει καὶ λόγου τινὸς ἀξίως παρεσκευάσθαι πρὸς τὰς μάχας, εἰ μὴ ἐν ἀρχῇ τῶν μάχων ἤδη δυνατὸς ἐγκεκινημένης εἴη τῆς φάλαγγος αὐτῶν καὶ τῶν πολεμίων παρόντων. ὁ βασιλεὺς οὖν ἐπὶ τὴν χεῖρα ἰὼν ἐφηγεῖτο ἐξιόντων καὶ ἐφανοῦτο παρεγγελῶν τοῖς ἐναντίοις καὶ τοῖς συμμάχοις ἐκέλευε τὸ ἐνόπλιον μέλος ἄρχεσθαι· ὃ δὲ ἦρχεν ἐμβατηρίου πυθαῖνος. ὡς ἐπὶν ἄρχῃ καὶ παρεστακυῖα νικητὴν ὁλκὴ φύσις, εὐθυμίᾳ τε πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιβαίνοντες καὶ μάτην διαπεπαυμένοι πόνων ἐν τῇ φάλαγγι, μήτε τοῖς ψυχαῖς δαρδαπτόμενοι, ἀλλὰ πρὸς καὶ λαμπρῶν ὑπὸ τοῦ μέλους ἐπομένων ἐπὶ τὸν κίνδυνον. Idem alii docent (t), καὶ ὁ ἐμβατήριος δὲ ῥυθμὸς ἐπιτήδειος καὶ πρὸς ἀνδρείαν, καὶ διαχρωμένοις καὶ ἐπὶ τὴν θάνατον, οὐ ἐγκλίνοντι ἐν τῇ χειρὶ, οὐδὲ πρὸς αὐλὸν ἐπομένοις τοῖς πολεμίοις· εἰσοῦσι γὰρ, ἐπειδὴ πρὸς ὀξὺν (scil. πολεμικὸν κινοῦνον) οἱ μὲν αὐλοὶ ἐγκλίνοντι, παιᾶνα περ λακεδαιμόνιοι, παρ' οἷς τὸ καλούμενον Καστόρειον ἐνόπλιον μέλος, ὅπατε τοῖς πολεμίοις ἐν κάσμῳ προσπίπτουσι μεταπόμενοι. Quod vero ad καστόρειον μέλος attinet,

(t) in *Institt. Laconic.* p. 237. (u) *de Musica* p. 1140.

attinet, Pollux (*w*), vbi genera modulationum enumerat: μέλος δὲ, Κυθάρισιν μὲν τὸ Ἀπολλώνιον ἐν ἁρμονίᾳ, ὑπὸ δὲ αὐλοῖς Βακχεῖον ἢ Πυθικόν. quod vertit Kuhnius: *ad cytharam quem vocant Apollinem. Idem vero eodem libro* (*x*): ἐνίοτε δὲ καὶ βακχεῖος τοῦτο ἀνόμαζον τοὺς ἐπὶ ταῖς πομπαῖς, male interpres: *ubi hoc in pompis vocatur*, quod recte Kuhnius corrigit, addens πομπάδας cani ad tibiam, dum proderant ad templa, ad aras. copiose hoc etiam de re agit Seberus (*y*), vbi dicit πομπάδα carmen esse alium decantari solitum, qui ad Apollinem accelleret, quod luculenter testatur Proclus (*z*): λέγεται δὲ τὰ πομπάδια, ἐπειδὰν πρόσιασι τοῖς βωμοῖς ἢ ναοῖς, καὶ ἐν τῷ πρόσιτηρι ᾄδεται πρὸς αὐλόν. addit Suidas (*a*): Πομπάδια· ἐστὶ τῶν ἐπαοιδῶν· ὅτε δὲ ἔμελλον τοὺς πομπεύοντας ἐπὶ τοῖς θεοῖς ἀφιέναι, καὶ Πομπάδια τοὺς εἰς πομπὴν ἀφιεμένους ποιήματα πρὸς τὴν λύραν ἔλεγον. consule Casaubonum (*b*) et Spanhemium (*c*). Sed melius ego hanc Pollucis explicui: *quibus decimo quo praelio utuntur*. Hanc interpretationem, nisi fallor, confirmant scriptorum quorum adduximus loca. Num πομπάδιον et πομπάδες vsurpan-

(*w*) L. IV. S. 78. (*x*) S. 82. (*y*) ad L. IV. S. 53. p. 373. (*z*) ap. Photium p. 523. (*a*) T. III. p. 202. (*b*) ad Athenaeum, L. XIV. c. 7. p. 902. (*c*) ad *Callimach.* p. 9.

vinspantum de pugna, quod bene oftendit Abreſch (e). Quare hunc ſenſum etiam huius loci eſſe puto, niſi fortaſſe ἐπὶ τοῖς πρόσθεν legere velis, quanquam eandem vim verbo πρόσθεν ineſſe credo. Vocabatur vero etiam hoc carminum genus Ἀδώνιον. Heſychius: Ἀδώνιον τὸ παρὰ τοῖς Λιβύσσιν ἐνθένδε ἐρχόμενον, ὅπερ ἄλλοι ὕπαρ παρὰ Λιοβίοις ἀνόμασαν. Diſcebatur etiam Meſſeniacum, ut apparet e Mario Victorino (f) laudatoriam a Meurſio loco mox indicando: *Cujus menſurae eſt hoc quoque metrum, quod Meſſeniacum appellatur, et eſt ut ſupra trimetrum catalecticum in ſyllaba: verum ad illud, quod antepoſtis praecedentibus et ſpondeis ſequentibus habet ſubjunctionem et poſtremam ſyllabam brevem. Idem etiam embaterium dicitur, quod et proprium carminum laudationi erat. Ita in praelio ad incentivum virtutis per tibias canunt, incedentes ad pedem ante ipſum pugnae initium.* Sed ſatis de hac re, quam hac occaſione copioſius exponere neque inutile neque ingrandum nobis viſum eſt. Egerunt, verum brevius, neque forte accurate ſatis, de embateriis Meurſius (g), et Cregius (h), alique, quos laudat Alberti

L 4

(e) in *Dilucid. Thucyd.* p. 543. (f) de *Art. Grammat.* L. II. p. 2522. (g) in *Miſcell. Lacon.* L. II. c. 11. (h) *de Rep. Lacedaem.* L. III. c. 12. *inſt.* 20.

berti (*i*). Apparebit ex his, quae disputauimus, ἐμβατήρια fuisse carmina tibia et alta voce decantata, ad quorum numerum milites pugilum ingressuri gradum moderabantur, vt vsus verbis Ruhnii (*k*).

Sed nunc videndum est, quae qualisque fuerint Tyrtaei carmina. Illud, quod primo loco edidimus, ad ea carmina referenda esse, quae ante tentorium regis recitabantur a Lacedaemoniis, luculenter testari videtur ille Lycurgi locus, quem supra retulimus. Statim enim addit: — καταλύσαντες γὰρ σιτα δ' ἐσὶ καὶ ταύτων ἀκούσαι τῶν ἀλγεσῶν ἐπαοιδῶν ποιήσεις ἐνδεικνύμενα παρ' ἑκάστοις. Τοῦτο μὲν κ. λ. Reliqua, quae deinceps sequuntur, an fuerint illa ἐμβατήρια, atque cantata a militibus incuntibus pugnam, haud facile dixerim. Habent illa quidem adhortationes ad fortitudinem atque mortem pro patria subeunda iubentes milites, sed nullus eorum, quos adduximus, scriptorum dicit, Tyrtaeum fuisse auctorem ἐμβατηρίων, illisque carmina decantata a pugnaturis militibus. Solus Athenaei locus, supra laudatus, fauere videtur ei, qui, Tyrtaei carmina ἐμβατήρια fuisse, dicere voluerit. Καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς πολέμοις τὰ Τυρταίου ποιήματα

(*i*) *ad Hesych.* v. κατὰ τὰ λ. (*k*) *ad Polluc.* IV, 53.

πεπαιανισμένοι ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐφέροντο κινήσει τοιαύτῃ. Verum de his vix potest aliquid certi pronunciari. Quamquam si illud fragmentum ὁ γέρων ὅδε, quod etiam a nobis datum est, Tyrtaeum auctorem habet, res est clara et aperta. anapaestis certe composita fuisse illa ἐμβατήρια putat Valesius (*l*), interpretatus verba historici: *Ergo ubi vicissim contigere partes cristatis galeis coruscis Romani vibrantesque clypeos, velut pedis anapaesti praecinentibus modulis, leniter procedebant*, vbi etiam ad hoc fragmentum prouocat. Nam Vossius reclicat (*m*) anapaestum inprimis esse decorum et maxime virilem. Commode etiam in mentem venit locus Valerii Maximi (*n*): *Eiusdem ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum descendere solebant, quam vibrato vultentus et anapaestici carminis modulo colorem rationis calorem animo transissent, degeto de vicibus tetro sono strenuo hostem inuadere admoniti.*

In iis vero elegis, quibus summi poetae famam sibi Tyrtaeus comparauit, quinque tantum aetates, vt alii putant, quatuor ad nostram aetatem peruenerunt, seruatae ab antiquis quibusdam scriptoribus, quibus magna hoc nomine gratia habenda est. Spirant profecto

(*l*) ad *Ammian. Marcell.* XXIV. 6. (*m*) de *poemat. cantu et viribus rythmi* p. 6. (*n*) L. II. c. 6.

fecto illa carmina fortem et intrepidum poetae animum, quem concitatos adfectus in potestate habuisse sua, vt auditores non solum commoueret eosdem, sed accenderet quoque, quis mirabitur, cognita illa vi elocutionis, spiritus magnificentia, sententiarumque, quibus virtus et amor patriae commendatur ciuesque ad pericula subeunda mortemque ipsam pro publica salute contemnendam excitantur, praestantia? Certe non luculentiori argumento ostendi posse credo, quam vere Longinus dixerit (o), summam eloquentiam, quae nos admiratione impleat auferatque quasi, e magno et generoso animo oriri eoque sustentari et ali, quam Tyrtaei carminibus, quorum vis et ardor non, nisi ab illa animi magnitudine, oriri potuit. Nescio quid aliis animi sit. me vero lubenter fateor nunquam ea carmina, licet iam saepius lecta, legere, quin incalescere pectus sentiam, quin mihi videar ipse me maior fieri, deuota liberae morti Spartanorum pectora intueri, immo inter Schwerinos, Winterfeldos, Keithios aliosque summos duces versari atque illos magnarum animarum prodigos pro Friderici M. causa in ferrum ruentes et dulcem pro patria mortem per vulnera pulchra quaerentes contempler. Assurgere mihi altius videor,

(o) περὶ ὕψ. sect. IX.

videor, illumque animum cogitatione assequi, qui vitam contemnere mortemque appetere fortissimos milites iussit, qui benigno deorum numine sustentati et Friderici spiritu animati ex omni Europa collecto copiis incredibili victrici restiterunt fuoque exemplo docuerunt, Borussorum esse, aut vincere, aut mori.

Quae cum ita sint, vehementer dolemus, plurimam praestantissimorum carminum partem deletam esse. nam, quae illis Elegiis addidimus, e libris veterum auctorum collecta, fragmenta et numero pauca sunt, et magis accendunt, quam minuunt, sitim desideriumque reliquorum. Sed eorundem hominum imperitorum stultitia, quae, vt

Ξίφος Ἀλκμάων, τὸ πολλάκις αἷμα τυράννων
Ἔσπασεν, πατρὸς δέσμια ῥυόμενον (p),

intueri nunc nequeamus, effecit, procul dubio etiam Tyrtaei carmina nobis eripuit. Quidni enim credamus, ea idem fatum experta esse, quod multorum aliorum poetarum carmina misere oppressit? Iuvat rem verbis Ioannis Medicis, qui postea Leonis X. nomine insignitus fuit, commemorare (q). *Audiebam*, inquit, *puer ex Demetrio Chalcondyla, Graecarum*

(p) ex *Anthol. Gr.* L. I. p. 134. (q) locus exstat in Petr. Alcyonii *de Exilio* L. I. p. 69. ed. Lipsi. adde Iosi. Barnesium in *vit. Anacr.* §. 32. p. 62.

canum rerum peritissimo, sacerdotes Graecos tanta fuisse auctoritate apud Caesareos Byzantinos, vt integra illorum gratia, complura de veteribus Graecis poemata combusserint, inprimisque ea, vbi amores, turpes lusus et nequitiae amantium continebantur. Atque ita Menandri, Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis fabellas, et Sapphus, Erinnae, Anacreontis, Mimnermi, Bienis, Alcmani, Alcaei carmina intercidisse. Tum pro his substituta Nazianzeni nostri poemata. Eandem rem etiam Io. Brodaeus memoriae prodidit (r): *Episcopi et Patriarchae Constantinopolitani dicuntur iam pridem Anacreontis libros combussisse, tantae turpitudinis abolendae gratia.* Nempe non nudius tertius viri summe reuerendi flammas ignemque minari inceperunt! Male vero sit sacrificulis istis, nec inter violas rosasque, sed mordaces inter vrticas ossa ineptorum hominum quiescant! Equidem pro vno Tyrtaeo aut Alcaeo lubenter centum Nazianzenos similesque, quos Apollo totusque Musarum chorus nunquam amauit, poetas cuicunque concesserim. Quis enim contextos ex antiquorum vatum purpura centones lubenter adspiciat, aut eos quis non suis auctoribus relinquat? Hinc autem intelligi potest, quomodo factum sit, vt

tot

(r) in notis ad *Anthol. Gr.* p. 4004

tot aureae statuae, quorum desiderio tenemur summo, periere, exsputerentque

Alcaei minaces
Stesichoriique graues camoenae.

Iniuria Gothos atque Vandalos tanquam pulcherrimorum monimentorum euertores accusamus. magis pepercit decantata ab omnibus Alarici, Genserici, Ricimeri et Totilae furor aedibus, amphitheatris, thermis, aquae ductibus, circis aeternae vrbis, et luculentiora lenitatis et continentiae exempla ab iis edita sunt, quam vulgo homines putant (*s*). Certe multo crudeliores Totila, humanissimi ingenii viro, fuere Gregorius, cui ob conflatas statuas et euersa monimenta antiqua Sancti cognomen tributum fuit, Pius V. et Sixtus V. qui statuas aedibus Vaticanis eiecerunt aut e turre Capitolina deiici iusserunt. Vtinam vero iis temporibus Benedictus XIV. vixisset, aut Alexander aliquis Albanius Pontifices consilio iuuisset! Haberemus profecto, quare litteris et artibus vehementer gratularemur. Nam diuinis laudibus dignum vtriusque ingenium iudicabit posteritas. Ecce vero, pluribus in locis iidem homines similia stuporis atque crudelitatis exempla ediderunt. Neque

(*s*) v. Petr. Angel. Bargaeum *de aedificiorum vrbis Romae euersoribus*, in T. IV. Thes. Graeuiani, p. 1815. sequ.

que enim fadalium mores lubentes relinquunt, nec quod alios audaciter conatos esse animaduerunt, illius efficiendi spem cupiditatemque vulgo abiiciunt. Ita etiam in septentrionis regionibus prima monachorum subtilitia multa Scaldorum carmina antiquitatisque multa monimenta perdidit doleamque, quibus aegre caremus. Ne cuiquam injuriam feciſſe videamur, rem narrabimus verbis Birchierodii (t): *Poſtquam ſtabilita fuerat*, inquit, *religio et ab immiſſa iam ethnicorum factione ſibi amplius nil timere habebant monachi, maiori mox zelo hi, vel cacozelia potius, quicquid veteris erat alicubi monumenti in lapidibus, corticibus, aſſeribus ligneis aut metallis ſollicite euerterunt, deleuerunt et in nihilum penitus redegerunt: totam etiam linguam ſeptentrionalium, immo omnem ſcripturam runicam, literas et characteres meras incantamenta et veneficia exiſtimabant, non niſi regis et cloacis digna: et ſic pericerunt antiquorum heroum geſta, poemata priſcorum ſeculorum decantatiſſima, imo ipſa antiquae linguae maieſtas plurima, innocua licet omnia, et nunc, ſi darentur, cimelia, venerandae antiquitatis eximia.* Eadem fraude deceptus et Romani ſacrificuli, Syluſtri,

(t) in diſſ. *de cauſis deperd. apud ſeptentr. antiquit.* in *Bibliath. Danic.* T. IV. p. 319. conf. Loccenium in *Antiqu. Sueo-Goth.* L. c. 14.

fuit, clamoribus et obsesorum monachorum nugis adductus rex, Olaus Skotkonung, vetustum septentrionis poetarum carmina combussit (*u*), quibus impia venena continerí sibi persuaderi passus erat. Tam insanos errores tam foedam barbariem gignit superstitio, vbi semel oppressit animos hominum eorumque imbecillitatem occupauit!

Tristius haud illa monstrum, nec saeuior vlla
Pestis et ira Deûm Stygiis sese extulit vndis.

Nec illi satis fuit Christianorum abuti credulitate, quam nunquam non sacerdotum callidítas aluit, fouit et auxit. Amuratum quoque IV. odio erga Christianos inflammatum superstitem Graecorum Imperatorum, quae Constantinopoli erat, bibliothecam flammis deleuisse Seuinus narrat (*x*), qui librorum antiquorum conquirendorum causſa Orientis regiones adiit. Hinc igitur, quae fuerit fundi nostri calamitas, apparet: hinc a superstitione, fraude et crudelitate sacerdotum, stultitia solebis regumque plebis similium tot optimorum librorum, tot praeclarorum monimentorum iacturam, quam hos fecisse nunquam obliuiscemur, repetendam esse, hac luce clarius est. Nos pleni indignatione oculos ab his rebus

gis

(*u*) v. Tornerum *de poesi Scaldorum* c. 8. (*x*) dans l'*histoire de l'Academie des Inscriptions*. T. IV. diu. XLIII.

gia flammisque auertimus et ad alia progredimur. Nam agrestis nihil effici quia non videt? Vtamur quibus iis, quae fortunae indulgentia nobis reliquit. Nascerte studiose veterum auctorum libros excudimus, quibus Tyrtaei nomen praeferunt, versus collegimus. Quae de opera nostra vt eo melius iudicari possit, addemus breuem de editionibus Tyrtaei disputationem.

Separatim, quantum equidem scio, nunquam Tyrtaei carmina prodierunt, nisi nuper in Anglia. Antea ea addita semper fuerunt aliis. In eiusmodi igitur poetarum complurium collectionibus indagandis fateor me non parum operae posuisse, licet non semel frustra, siue fati, siue hominum culpa id acciderit. Laetatus sum tamen vehementer, me, carminum horum exemplum officinae exprimendum tradentem, incidisse in editionem Hymnorum Callimachi Frobenianam, a Matth. Aurogallo, vt in praefatione narrat Sigismundus Gelenius, a. 1532. quaternis adornatam, atque etiam nuper consultam ab Erneſtio, Theologo Lipsiensi, qui in praefatione Callimachi eius mentionem fecit honorificam. Callimachi enim hymnos excipiunt Γνῶμαι ἐκ διαφόρων ποιητῶν φιλοσόφων τε καὶ ῥητόρων συλλεγεῖσαι: inter quas Gnomas etiam Elegiae Tyrtaei nostri

seri p. 229. apparent. Non memini aut vidisse me esse aut commemoratum a quoquam antiquiorem Tyrtaei editionem. Quae vero illam sequuntur duo bona, qui tot alia debet Germania nostra, quamquam *sororem Germaniae suam, immo omnium quae Europa pro ornamentum* merito appellat I. Dousa (y), Ioachimo Camerario, quam licet oculis nunquam usurpare licuerit, indicari tamen recordamur a copiosissimae doctrinae viro, Io. Alb. Fabricio (z). Commemoratur enim ab eo libellus, qui Tubingae apud Morhardum quaternis a. 1542. prodiit, hoc titulo insignitus: *Oratio senatoria de bello Turcico nostris nostrorumque civibus habita: item* Tyrtaei *carmina nonnulla quae antea non alia nonnulla.* Alter libellus octonis editus Basileae a. 1550. atque paulo post a. 1555. ibi repetitus hunc titulum praefert: *Libellus Scholasticus, utilis et valde bonus, quo continentur Theognidis praecepta, Pythagorae versus aurei, Phocylidae praecepta, Solonis, Tyrtaei, Simonidis, Callimachi, quaedam carmina collecta et Graecis commentariis explicata a Ioach. Camerario.* Hunc libellum Idem Fabricius narrat recusum esse Lipsiae, cum notis Wolfgangi Seberi,

(y) in *Plautin. Explic.* p. 114. (z) in *Bibliotb. Gr. Vol. XIII.* p. 513. & p. 516.

Soberi, sumtu Thomae Schureri, a. 1620. Aegre sine his libellis caruisse dixerim, facile mihi quemque fidem habiturum esse credo. Eo lubentius accepi alium, qui mihi in hac vrbe oblatus est, ignotum mihi illum antea, certe nunquam visum. Titulus libelli est; *Theognidis, Pythagorae, Phocylidis, Tyrtaei, Solonis et aliorum poemata Graeca: item Homeri pugna ranarum et murium, singula, ut lector eruditus et candidus fatebitur, accurate et perspicue reddita carmine Latino a M. Hieronymo Osio Turingo P. L. — Vitebergae, exc. Laurentius Schenk 1562. 8.* Nostri poetae carmina inde a p. 561 exhibentur. Eodem, quo hic libellus prodiit, tempore bene meruit de Tyrtaeo *Iacobus Hertelius*, Curiensis, qui *Theognidis sententiis elegiacis*, praeter aliorum, quorum lectionem iuuentuti vtilem fore credidit, poetarum carmina, Elegias quoque Tyrtaei addidit. Quantum equidem scio, primum hic libellus prodiit Basileae a. 1561, sed fuit deinde recusus, a Io. Crispino Genevae a. 1569. et 1584. et saepe alias. In manibus habuimus eas editiones, quae Basileae, in officina Oporiniana, a. 1572. Lipsiae a. 1576. a Io. Rhamba, ibidem apud haeredes Georgii Defneri a. 1587. eademque in vrbe ab Abrahamo Lambergo, Helmstadii, a Iac. Mullero a. 1668. et

Wratis-

Wratislauiae a. 1692. fuerunt adornatae (*a*). Ni fallor, saepius etiam eo seculo hic libellus fuit editus. Tantum erat eo tempore Graecarum litterarum studium, quarum scientia facile se nunc carere putat Franciae elegantiis plena et beata Germania! Hertelio addimus virum immortaliter de bonis litteris meritum, Henricum Stephanum. Euoluimus enim illud summo chartarum nitore reliquoque magnifico habitu apparatum opus, quod *Poetas Graecos principes heroici carminis* continet. Prodiisse illud a. 1566. notum est. Habet vero illud praeter alia p. 473. Tyrtaei carmina. Idem Stephanus non multo post eandem laudabilem operam Graecis litteris praestitit. Nam in editione Theocriti, quam a. 1579. forma minima dedit, vt Solonis et aliorum, ita etiam p. 19. Tyrtaei versus proposuit. Quam quidem editionem animaduertimus in omnibus conuenire cum illa prima Stephaniana. Ex aliis libris cognoui, in *Collectione Carminum IX. illustrium Foeminarum*, quae Antwerpiae *cum scholiis Fuluii Vrsini* a. 1568. prodiit, apparere Tyrtaei elegias. Librum, diu multumque, atque etiam iis in locis quaesitum, vbi omnia plena rarissimis libris esse famae credideram, nanciscī nunquam potui. Nempe hic est ille liber,

quem,

(*a*) conf. Fabricium in *Bibl. Gr.* L. II. c. XI. p. 448.

quem, vt Io. Christ. Wolfius (*b*) scribit, *pridem Philologiae amantes auidissime emerunt et in Gallia, Anglia, Belgioue, si quando in auctionibus publicis vel in tabernis librariis se offerret, immenso fere pretio sibi comparare libenter voluerunt.* Mox tamen cognita querela Wesselingii (*c*), qui *sibi non licuisse librum videre, licet studiosissime quaesiuerit*, dicit, paullum me erexit illa cogitatio, et, si fas est dicere, recreauit: non me solum praeclare libro carere, atque fuisse etiam in iis regionibus, vbi viri docti maius antiquis libris pretium statuunt, qui frustra illius videndae copiam sibi fieri optarent. Multorum in manibus est Lectii *Corpus Poetarum Graecorum*, quod Genevae, a. 1606. prodiit. In eo p. 730. Tyrtaei elegiae exhibentur, procul dubio e Stephaniana editione expressae. Sequuntur Rodulphi Wintertoni, de quo habet quaedam Fabricius (*d*), *Poetae Graeci minores*, editi Cantabrigiae a. 1684. inter quos noster quoque p. 433. locum obtinuit. Intelleximus Wintertonum secutum esse auctoritatem Stephanianam, quemadmodum etiam ipse fatetur. Denique nacti sumus *Selecta* illa carmina e Graecis poetis, quae *in vsum Regiae Scholae Etonensis* prodierunt Etonae,

(*b*) in praefat. *ad fragmenta Sapphus.* (*c*) ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 412. (*d*) in *B. Gr.* L. II. c. 11. S. 13. p. 455.

nae, a. 1755. et repetita ibidem sunt a. 1762. Vtraque editio habet Elegias Tyrtaei, licet omissis aliquot versibus: illa p. 112. haec p. 161. De noua Tyrtaei editione, quam Anglia nuper nobis donauit, dicemus paullo post. Sunt enim quaedam addenda de versionibus Tyrtaei.

In Latinum sermonem Tyrtaeum transtulisse Camerarium, docuit me Fabricius, vbi libelli huius titulus datur: *Praecepta morum, ac vitae puerili aetati accommodata* etc. in titulo etiam commemoratur: *Expositio versuum Solonis, Tyrtaei, Luctne.* dicitur hic liber prodiisse Basileae, apud Rob. Winterum a. 1541. saepiusque recusus est. Sed, vt fit, eiusmodi libelli, qui olim iuuentutis manibus terebantur, rara nunc reperiuntur. Sed poeticam Camerarii versionem inseruit Thom. Crenius collectioni librorum de Eruditione comparanda, p. 2112. (Lugd. Bat. 1699.) Versionem metricam addidit suae editioni etiam Osius, sed quae non magis vim atque Tyrtaei spiritum refert, quam illa Claudii Monselli, Hertelianae editioni adiecta. Dedimus in animaduersionibus nostris aliquot exempla, vnde luculenter patebit, frustra in locis difficilioribus nos has versiones consuluisse. In reliquis languent, nec, quod animum lectoris mouere possit, habent. Tertiae Elegiae Οὐτ' ἂν μνησαί-

μνησαίμην etc. Anglicanam versionem reperi sub titulo: *From the Greek of Tyrtæus on Valour by James Ward* in libro, qui Londini prodiit a. 1724. *Miscellaneous Poems Original and translated by several Hands, published by Mr. Concanen.* p. 352. Quanquam fere nescio an versio ea dicenda sit, in qua libere ingenio suo indulsit auctor, vt vel initium carminis docet:

How vain his Boasting and how poor his Claim
To present Glory, or to future Fame,
Whose little Mind does all its Merit place
In Wrestling well, or Swiftness in the Race &c.

Ante aliquot annos cum versione metrica noua prodiit in Anglia Tyrtaei editio. Titulus libelli est: *Elegies of Tyrtæus, translated into English Verse; with notes and the original text. — London, Printed for Tho. Payne. 1761.* In praefatione quaedam occurrunt de vita Tyrtaei, quae nemo ignoret: tum ii refutantur, qui Tyrtaeum carminum suorum vi tantum in animis militum ardorem excitare potuisse negent. Quod attinet ad animaduersiones, nihil illae habent, quod magni momenti aut vulgo ignotum sit. Interpretem Tyrtaei carmina intellexisse facile credo, sed eorum tamen vim imminutam esse existimo nimis verbosa Graecarum sententiarum interpretatione. Quod vt cuiuis pateat, totum carmen tertium adscribemus, praesertim cum in Germania libellus ille Anglicanus

vix

vix obuius sit. Nec inuiti, qui his litteris delectantur, Graeca cum Anglicanis comparabunt.

I would not praise the Man, his Deeds rehearse,
Nor e'en make Mention of his Name in Verse,
That's fam'd for mighty Feats in Wrestling shewn,
Or for the Prizes that his speed has won.
Not tho' he equal to the Cyclops *rise*
In nervous Limbs, and huge Gigantic Size;
Not tho' he Spring so nimbly o'er the Field;
That vanquish'd Boreas *to his Swiftness yield;*
Tho' he surpass Tithonus' *graceful Mien,*
In just Proportion, and in Look serene:
Tho' he possess of Wealth a larger Store.
Than Phrygian Midas, *or than* Cinyras *more;*
Or tho' a Monarch he more Sceptres hold
Than mighty Pelops *bore in Times of old;*
Tho' on his Lips yet sweeter Accents hung
Than flow'd persuasive from Adrastus' *Tongue;*
With ev'ry Virtue tho' completely blest,
If Valour add not Lustre to the rest.

For *none can boast a brave and valiant Heart,*
And in the Fight maintain a Hero's Part,
Unless he fearless, and intrepid bear
To view a bloody Carnage of the War;
And with impatient Fury burn to close
And Foot to Foot attack his rushing Foes.
This is a Man's best, greatest, noblest Praise,
And shall to Youth immortal Glory raise.

True is that Soldier, faithful to defend
His Country's Cauſe, his People's common Friend,
Himſelf who hazards Life, and ſtanding nigh
Exhorts his Comrade that he bravely die.
This, this is he can boaſt a valiant Heart,
And in the Fight maintain a Hero's Part.

Himſelf *he turns th'embattled Foe to Flight,*
And ſtems the Torrent of th'unequal Fight.
Ennobling Friends, Houſe, Parents, as he dies,
Soon 'midſt the firſt a breatheleſs Corſe he lies;
With many a glorious Wound tranſfix'd before,
His Shield, and Breaſt-plate ſtain'd with flowing Gore.
The Aged mourn, the Youth their Joys forego,
And all the City join the common Woe.
His Children's Children, and thoſe yet to come
Shall reap freſh Honours from their Parent's Tomb.
What, tho' his Aſhes lie entomb'd? His Name
Shall gain unbounded, and eternal Fame,
Who, in his Children's and his Country's Right,
Exerts his utmoſt Efforts in the Fight;
Maintains his Stand with Honour, joins the Strife,
And to dread Mars's *Fury yields his Life.*

But *ſhould not Death, involv'd in endleſs Night*
Snatch him for ever from the Realms of Light;
Should he, ſucceſsful in his bloody Foils,
Return in Triumph, crown'd with glorious Spoils
To him both Young and Old due Honours pay,
And endleſs Pleaſures bleſs his lateſt Day.

What

What Time he ranks the aged Sires among,
His still distinguished from th'Ignoble Throng,
'Gainst him no Villain harbours envious Rage;
Justice, and Fear of Shame protect his Age.
And when the Senate in full Council meet,
To him all Orders rising from their Seat.

O! then let all to this high Summit soar
Of Valour, nor abate the Thirst of War.

Anglicanam versionem excipiat Gallica, nuper admodum adornata. Prodiit enim, Londini, vt titulus habet, sed Parisiis, vt rumor fert, a. 1764. liber: *Theatre & œuvres diverses de M. de Sivry:* in quo libro p. 327-338. Tyrtaei Elegiae reliquorum poetarum carminibus additae sunt. Equidem ingenue fatebor, quid de hac interpretatione sentiam. Nisi auctor me credere iussisset, Tyrtaei hos versus esse, nunquam hos Gallicos versus e Graecis Tyrtaei expressos esse credidissem. Tanta et sententiarum permutatio facta est, et sermonis differentia vbique apparet. Ne sine causa Gallicum poetam, qui sibi non parum sapere videtur et fere sublimi vertice sidera tangere, reprehendisse videar, eiusdem carminis versionem addam, quod modo Anglicano sermone expressum legimus

La gloire des Heros n'est point dans leur beauté:
Dans la grace du corps, ni dans l'agilité.

Qu'importe à des Guerriers ce frivole avantage?
Que ſont tous ces tréſors ſans celui du Courage?
Sans lui que ſeriez-vous; fuſſiez-vous à ce prix
Plus riches que Créſus & plus beaux qu'Adonis?
Du Dieu même du Pinde euſſiez vous l'eloquence
Et tous les Dons enſemble, excepté la Vaillance,
Vous ne moiſſonnerez que de frêles lauriers,
Stériles prix du Foible, & jeux des vrais Guerriers.
Aux ſeuls champs de Bellone un grand cœur ſe ſignale:
Qu'il eſt beau qu'un mortel aux Dieux même s'egale!
Qu'il eſt beau de le voir par un ſublime effort
Se faire une vertu de mépriſer la mort!
C'eſt au ſein du Péril qu'il cherche la Victoire,
C'eſt par-là qu'il remporte une immortelle gloire;
Sa mémoire craint peu l'ombre du Monument:
Défenſeur de l'Etat il en eſt l'ornement.
Son bras eſt invincible & ſon cœur ſans reproche,
Ses plus fiers ennemis tremblent à ſon approche;
Les plus audacieux expirent ſous ſes coups:
De ſes nobles ſuccès Mars lui même eſt jaloux.
Il paroit, il triomphe, il met ſeul tout en fuite,
Les ſiens ſont ſûrs de vaincre en marchant à ſa ſuite.
Le bras de cet Alcide eſt leur plus ſûr rempart:
Et ſouvent au milieu du plus affreux hazard
Sa voix qui du ſuccès eſt l'aſſuré préſage,
Sçait aux moins généreux inſpirer le courage.
Qui pourra ſoutenir ſon choc impétueux!
C'eſt un foudre vengeur envoyé par les Dieux.
Lui-même d'un grand Peuple eſt le Dieu tutélaire,
Il combat pour ſes Rois, ſa Patrie, & ſon Pere.

Et

Et s'il faut, que du Sort les rigoureuſes loix
En terminant Ses jours terminent ſes exploits,
S'il faut qu'au coup fatal ſa grande ame ſuccombe,
Sa gloire et nos regrets le ſuivent ſous la Tombe.

Cuius quidem interpretationis leuitatem et ineptia qui clarius intelligere cupiat, cum ea comparabit illam, quam Germania accepit. Quis enim ignorat Weiſſium noſtrum, in quo Sophoclis cothurnum Euripidisque grauitatem ita miramur, vt [illegible]ent ad luſus venuſtiſſimos et blandos amores deſcendentem amemus, quem amorem dulcedo quoque morum et ſuauitas atque φιλανθρωπία viri iucundiſſima auget, pulcherrimam Tyrtaei interpretationem edidiſſe? Certe in verſibus Theotiſcis eadem vis apparet, eadem verborum grauitas, eadem ingenii praeſtantia, quae Graeco poetae omnium laudem conciliauit, atque habere credo patriam noſtram interpretationem, quam optimis omnium nationum iure opponat. Quare non potui non eandem interpretationem huic editioni addere, eamque a nemine illubenter lectum iri mihi perſuaſi. Hactenus de editionibus et interpretationibus noſtri poetae.

Vnum reſtat, quod tamen attingere tantum iuuat. Fieri facile potuit, vt ignoraremus editiones quasdam noſtri poetae. quis enim aut omnes libros vidit aut viſos

viſos recordatur? Haec igitur res ne nobis inuidiae ſit. At quidni, dixerit aliquis, ex iis fontibus hauſiſti, quibus multo auidius magisque, quam fonte Caballino, labra proluunt clariſſimi, ampliſſimi, excellentiſſimi, celeberrimi, atque, ſi placet, reuerendi etiam viri. Noui, o bone, et audiui. Sed mehercle! non potui. Ah! iterum dico, non potui. Nam ſiue ſocordia quadam et pigritia, ſiue malacia ſtomachi faſtidientis has dapes, piget taedetque in bibliothecarum catalogis compilandis eandem oſtendere ſapientiam, qua alios ſibi ſuaeque famae conſulere aiunt. Vtantur, quibus volupe eſt, quibus vtile videtur, Pandora illa Bunauiana, qua in lucem prolata optimeque inſtructa praeclare meritus eſt Frankius de tot pauperculis miſellisque, qui niſi his fluminibus hortulos ſuos irrigarent, contabeſcerent profecto et perirent. Verum, vt iam dixi, ego hoſce fontes non magis amo, quam illum Pitiſci, e

— *quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis:

Nunc deſinamus. Nomine magni Pitiſci poſito diſputatio noſtra

EXPLICIT FELICITER.

DISSER-

DISSERTATIO
ALTERA
DE
CARMINIBVS BELLICIS
QVORVNDAM POPVLORVM.

Quomodo factum sit, vt priori dissertationi, qua de vita Tyrtaei exposuimus, adiiceremus alteram de carminibus bellicis quorundam populorum, facile intelligent ii, qui argumentum carminum Tyrtaei cognitum habeant, quique, quem vsum illa praestiterint Lacedaemoniis, recordentur. Illis enim lectis et considerata mirabili eorundem vi, cupido animum incessit, quid reliqui populi egerint, cognoscendi eaque carmina, quibus in praeliis ineundis vsi sunt, aut quae originem suam bellis debent, comparandi cum elegiis Graeci poetae. Peruagati vero animo sumus complures regiones, atque vbi inueniremus quidquam, quod huc pertinere crederemus, statim illud arripuimus atque addidimus

reliquis,

reliquis. Hac igitur ratione quantum collegisse nobis licuerit de carminibus, quorum et origo et materiara bellis et proeliis repetenda est, ex iis apparebit, quae attexemus.

Atque primum quidem dicamus de Graecis, quos ante pugnam legimus carmen decantasse, quod dicitur Παιάν. Paeanes proprie erant hymni Apollini dicati atque ob auertendam calamitatem aliquam cantabantur. Παιὰν μὲν ὕμνος ἐστιν εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ παύσει λοιμοῦ καὶ πολέμου, πολλάκις δὲ καὶ προσδοκωμένε δεινοῦ (*a*). Nam, vt notum est, Apollo quoque ipse Paean dictus est (*b*). Deinde pertinuerunt etiam carmina huius nominis ad alios Deos, ad Neptunum, Aesculapium, Latonam, Dianam, Castorem et Pollucem: immo adulatio hominum ipsi mortalium generi paeanas dicauit. Copiose haec omnia explicuerunt, qui hoc carminum genus sibi explicandum sumserunt, Casaubonus (*c*), Henr. Valesius (*d*), Menagius (*e*), Cuperus (*f*), Ant. van Dale (*g*), alii, quos Duckerus laudat (*h*), quibus addere

(*a*) *Schol. Aristoph. ad Plutum*, 636. (*b*) v. Polluc. in *Onomast.* L. VI. c. 1, 33. (*c*) ad *Athenaeum* L. XV. c. 16. p. 984. (*d*) ad *Harpocrat.* p. 286. (*e*) ad *Diogen. Laert.* p. 188. (*f*) in *Observat.* I, 1. (*g*) in *Dissertat. ad Antiqu. et Marm.* VII, 3. p. 566. (*h*) ad *Thucydid.* I, 50.

addere potest Io. Albin. Kriesium (*i*): Sed nos tantum hoc loco de illo Paeane agemus, qui ante Praelium Marti canebatur praelioque commisso Apollini. Pertinent huc imprimis verba Graeci Scholiastae (*k*): δύω παιᾶνες ἦσαν ἐνυάλιος, ὅτε ἤρχοντο, ὃς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐγίγνετο, καὶ ἕτερος, ὅτε ἐνίκων. Idem alio loco (*l*) δύω παιᾶνας ἦδον οἱ Ἕλληνες πρὸ μὲν τοῦ πολέμου τῷ Ἄρει, μετὰ δὲ τὸν πόλεμον τῷ Ἀπόλλωνι. vtrumque locum descripsit Suidas (*m*), vt iam Kusterus obseruauit. Alter igitur hymnus ἐνυάλιος dicebatur, Marti ante pugnam sacratus, eoque et victoriam orabant et militum fortitudinem excitare studebant. Xenophon memoriae prodidit (*n*): — καὶ ἦν μὲν παντοιόθεν παιὰν σιγή — ἐπεὶ δὲ ἐδόκει τῷ Κύρῳ καιρὸς ἤδη εἶναι, ἐξῆρχε παιᾶνα, συνεπήχησε δὲ πᾶς ὁ στρατός. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ ἐνυαλίῳ τε ἅμα ἐπηλάλαξαν καὶ ἐξανίσταντο ὁ Κῦρος καὶ — αὐτοῖς τὴν παρασκευὴν συνεμήνυεν. quae fere omnia descripsit Zonaras (*o*). consule de hoc argumento Rittershusium (*p*). Idem Xenophon ante pugnam Cyrum

(*i*) *de hymnis veterum, maxime Graecorum*, disput. Praes. Gesnero, Gottingae, 1742. (*k*) ad *Thucyd.* IV, 43, 68. (*l*) I, 50, 60. (*m*) in T. III. p. 68. (*n*) in *Cyropaed.* L. VII. p. 176. (*o*) in *Annal.* L. III. p. 160. ed. Paris. (*p*) ad *Oppian. Halieut.* V. 494.

Cyrum Caſtori et Polluci hymnum cecinisſe ſcribit (*q*). ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦκε τὸ σύνθημα ἀνταποδόμενον ἐξῆρχεν αὖ Διοσκόρους (ſed alii legere malunt: αὖ ὁ Κῦρος non ſine cauſa) παιᾶνα τὸν νομιζόμενον· οἱ δὲ θεοσεβῶς πάντες συνεπήχησαν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ἐπεὶ δὲ ὁ παιὼν ἐγίνετο, ἅμα περεύομενοι οἱ ἀμάτιμοι Φευδροὶ κ. λ. Paeanis vero poſt pugnam cantati mentionem facit idem (*r*): ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ στείσαντες καὶ παιανίσαντες καὶ φυλακὰς κατασκευασάμενοι κατέδαρθον.

Contra aliorum populorum erat ingens tumultus et inconditus clamor, qnique lugubre aliquid habebat terroremque poterat hoſtibus inijcere. Alii enim ſcuta haſtis allidebant armorumque ſtrepitu horrorem concitare ſtudebant, vt de Gallis memoriae prodidit Diodorus Siculus (*s*) atque de aliis alii ſcriptores commemorant, quorum teſtimonia collegerunt Spanhemius (*t*), Iac. Gronouius (*u*) et Georg. D'Arnaud (*x*). Alii ſublato clamore ingenti in hoſtes irruebant. Curtius (*y*) Perſas *truci* et *incondito clamore* pugnam iniiſſe ſcribit. Apud Romanos eundem

(*q*) in *Cyropaed.* L. III. p. 85. (*r*) in *Hiſtor. Gr.* L. VII. p. 629. (*s*) L. V. p. 352. (*t*) ad *Callimach. H. in Del.* v. 136. (*u*) ad *Arrian. Exp. Alex.* I, 6. p. 14. (*x*) in *Specim. Animadv. Critic.* c. 13. p. 74. (*y*) L. III. c. 10. 1.

dem morem obtinuisse Livius multis locis testatur. *Clamor*, inquit (z), *indicium primum fuit, quo res inclinatura esset. Excitatior trebiorque ab hoste sublatus, ab Romanis dissonus, impar, segnis, saepe iteratus incerto clamore prodidit pauorem animi.* Alio loco (a): *praelium non solito modo clamore ac tumultu est coeptum, sed ad alium virorum, equorum, armorumque sonum disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum aeris crepitu, qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet, edidit clamorem, vt auerteret etiam pugnantium animos.* Addamus locum Caesaris (b): *neque frustra antiquitus institutum est, vt signa vndique conuenirent, clamoremque vniuersi tollerent, quibus rebus ex hostes terreri et suos incitari existimauerunt.*

Germanos praelium ineuntes clamasse ostendit Cluuerus (c). Maxime vero huc pertinet locus Taciti (d). Nam vt Ammianus Marcellinus de Gothis scribit (e): *Et Romani quidem voce vndique Martia concinentes, a minore solita ad maiorem prouolli, quam gentilitate appellant barritum, vires va-*

(z) IV, 37, 9. (a) XXVI, 5, 9. add. III, 62. 4. (b) *de Bell. Gall.* III, 92. add. *Ammian. Marcell.* XVI, 12. *Vegetium*, III, 18. ibique Stewechium p. 204. (c) in *Germ. Antiqu.* L. I. c. 51. (d) *de morib. Germ.* c. 3. add. *Drakenborch.* ad *Sil. It.* X, 230. (e) L. XXXI, c. 7.

lidius erigebant: Barbari vero maiorum laudes clamoribus ſtridebant inconditis: interque varios ſermonis diſſoni ſtrepitus leuiora praelia tentabantur, ita de Germanis Tacitus: *Fuiſſe apud eos et Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in praelia canunt. Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem* Barditum *vocant accendunt animos futuraeque pugnae fortunam ipſo cantu augurantur. Nec tam voces illae, quam virtutis concentus videntur. affectatur praecipue aſperitas ſoni et fractum murmur obiectis ad os ſcutis, quo plenior et grauior vox repercuſſa intumeſcat.* Herculem ad pugnam ineuntibus Germanis celebratum fuiſſe negat Georg. Chriſt. Gebauerus (*f*), qui peregrino Deorum cultu eos imbutos fuiſſe negat, neſcio an firmis vbique argumentis vſus, potiusque heroa aliquem Herculi non abſimilem, virorum fortium primum, illos cantaſſe putat. De Barditu vellem exſtaret Ern. Caſim. Waſſerbachii libellus, cui huius titulum impoſitum fuiſſe in indice librorum Francofurtenſi (nam ipſe eum non vidit) narrat Wagenſeilius in litteris ad Cuperum datis (*g*): *De Bardis ac Barditu,*

(*f*) in *Veſtigiis Iur. Germ. antiquiſſ. in C. Corn. Tac. Germania obuiis* Diſſert. XXII. p. 854. (*g*) in Poleni *Supplem. Theſ. Grou. et Graev.* T. IV. p. 26.

Barditu, siue antiquis carminibus ac cantilenis veterum Germanorum dissertatio, cui iunctus est de S. Annone Colon. Archiep. vetustissimus omnium Germanorum rhythmus et monumentum. Sed videtur ille liber nunquam editus fuisse (*h*). Nos ad recentiora tempora pergimus. Christianis Imperatoribus aliud institutum placuit. Nam antequam e castris quisquam contra hostes egrediebatur, dux exercitus caeterique praefecti formulam Κύριε ἐλέησον (*i*), acclamabant: castris copiis egredientibus, ter quaeque eorum pars vociferabatur: *Deus nobiscum!* tum seruabant silentium, donec manum cum hostibus conserebant. Nunc enim clamorem maxime a tergo positi, cum ad terrendos hostes, tum ad excitandos suos, tollebant. Quae omnia docte more suo et copiose expossuit Spanheimius (*k*). Quod autem ad illam formulam Κύριε ἐλέησον attinet, antiquos quoque Noruegos ea vsos praelia orditos esse et Erlingum Scacchium cum Comite Sigundo dimicaturum suis praecepisse legimus (*l*),

(*h*) v. Io. Ioach. Schwabium *de Semnotheis veterum Germanorum Philosophis.* p. 8. (*i*) conf. *Bonam in Rer. Liturg.* II. c. 4. Vossium de *Theol. Gentil.* L. I. c. 2. 3. et Matth. Brouerium de Niedek *de populor. veter. ac recentior. adorationibus* p. 31. (*k*) ad *Iulian. Imp.* Or. I. p. 233. add. Io. Alstorphium in *Occupat. Tuscul.* L. II. p. 55. (*l*) vid. Dolmerum ad *Hirâ-Skraan, s. Ius Aulicum antiquum Noruegic.* p. 91. et p. 413. (ed. Hafn. 1673.)

vt eam alte pronunciarent simulque clypeos pulsarent. Vsi ea quoque sunt Germani, maiores nostri. Engelhusius de praelio cum Hunnis a. 934. commisso narrat (*m*): *Bellum incipitur: ex parte Christianorum* Kyrie eleison *dicitur: ex parte aliorum turpis ac Diabolica vox* hiu, hiu, hiu, *auditur.* Eosdem Germanos et Francos Christiana sacra amplexos vsurpasse formulam *Alleluia!* patet ex narratione Bedae (*n*): *Tunc subito Germanus signifer vniuersos admonet et praedicat, vt voci suae vni clamore respondeant, fecitque hostibus, qui se insperatos adesse considerent, Alleluia! tertio repetitum sacerdotes exclamabant. Sequitur vna vox omnium, et elatum clamorem repercusso aere montium concluſa multiplicant.* Schilterus etiam (*o*) ostendit, maiores nostros in praelium ituros carmen *Gloria in excelsis Deo!* cantasse.

Graeca, ni fallor, ecclesia certos hymnos habuisse videtur, quibus vterentur milites aut in praelio ineundo, aut in castris. Vidi certe in *Catalogo codicum MSt. bibliothecae Bernensis (p)* cui vtinam multos haberemus similes, eadem diligentia elegantiaque confectos,

(*m*) in *Chronico* p. 1073. in T. II. *Scriptor. Brunsv. Leibnit.* (*n*) in L. I. *Eccles. Hist. Anglic.* c. 20. (*o*) in libro infra laudando p. 17. (*p*) p. 600.

confectos, a V. Cl. Io. Rod. Sinnero memorari, *Syllogen Tactivorum Leonis Imperatoris, cui operi finem imposuit Hymni militares, quibus esse titulus: Λεοντος βασιλεως ψαλλομενοι επι παρατασσομενων και συμπλεκομενων προς τους των αγαρηνων τα χη* etc. Nihil ibi amplius additur. Sed consului virum eximiae eruditionis amabilissimaeque humanitatis de his carminibus, quae fortasse nostram Tyrtaei editionem ornare posse sperabam. Sed ille docuit me, nihil esse, quod ad Tyrtaeum faciat: esse enim preces et orationes militares Christianorum: quod vt omnino clarius appareret, addidit specimen eorum, quod adscribam.

Τιε θεε ζωοδοτα
Της σης μητρος προσευχαις
Αγγελων — αποστολων
Καθοπλισων μαρτυρων
Ταις θειαις ικεσιαις σου
Τους σους βασιλεας ημων
Ευφρανον, θρασυνον βαρβαρων
Τα αφη και τον σφετερον.

Memini tamen Polonos carmen habere, quod ante pugnam decantasse eos legi. Nam in Matthiae Casimiri Sarbieuii, felicissimi Horatianae Musae imitatoris, Lyricis, L. IV. oda 24. inscribitur: AD D. VIRGIN. MATREM. *Pacan Militaris Polonorum,*

quem diuus Adalbertus, Archiepiscopus Gnesensis, Polonorum Apostolus et Martyr, conscripsit, Regnoque Poloniarum testamento legauit: Additur ibidem. *Poloni acie explicata manum cum hoste collaturi populariter decantant. Petrus Skarga olim Sigismundi III. Polonorum Regis Theologus in vita D. Adalberti recensuit et explicuit. Auctor ex Polonico carmine in Latinum vertit.*

Addamus vero carmen ipsum, de quo, quod dicam, habeo nihil.

Diua per latas celebrata terras
Coelibi Numen genuisse partu,
Mater et virgo, genialis olim
Libera noxae.

Dulce ridentem populis puellum
Prome forinsis bona mater vlnis
Expiaturum populos manu di-
Mitte puellum.

Apte dum nostris venit hora votis,
Supplices audi, mulcere mentis
Erudi vero: facia puellum
Voca precamur.

Integram

Integram nobis ſine clade mortem,
Proſperam nobis ſine clade mortem,
Chriſte, ſtellatasque Mariæ ſedes
Annue ſedes.

Numinis natam tibi crede prolem
Qui pius credi cupis: ille multis
Preſſus aerumnis populos ab imo
Eruit orco.

Ille non vnquam pereuntis æui
Scripſit haeredes, et inobſequentis
Praeſidem leti cohibet ſeuerae
Lege catenae.

Auſus indignum tolerare letum
Sortis Adamæ memor, ille nec dum
Praeuius victor penetrarat alti
Limina coeli.

Donec infernâ Deus è ſepulcrô
Prodiit victor - bene tum ſuprema
Affidas Adam ſolla perennis
Hoſpes Olympi.

Nos tuam plebem ſobolemque ſanctis
Adleges campis, vbi regna diuûm
Gaudii torrens et inundet almi
Flumen amoris.

Saucium nobis latus et cruentas
Ille plantarum manuumque plagas
Sustinet: nobis medicas latus de-
Stillat in imbres.

Hac fide concors animique maior
Turba credamus: scelus eluisse
Et salutarem patuisse nobis
Vulnere Christum.

Ite, iam fandum (monet hora) labem,
Ite, mortales, prohibete magno
Carmen et totam sine fraude mentem im-
Pendite Regi.

Tu tua, Virgo, Sobolemque Regum-que
Aetheris leni prece: ne malorum
Turbo per praeceps cumulusque sese
Explicet omnes.

Siderum ciues, facilem precati
Siderum regem, reserate coelum
Ciuibus terrae socialis olim
Turba futuri.

Ille nos, Iesu, locus, illa tecum
Regna coniungant, vbi nos canentum
Coelitum pridem vocat in beatam Ex-
Ercitus aulam

Sic

Sic erit: vatis iteramus omnes,
Sic erit, ſeptem bona verba lauto
Profer cuenta, Pater, et beatos
Pande penates.

Vt ad Germanos redeam, non decantatum quidem vere fuit, ſed, quaſi cani deberet, compoſitum illud, quod Dan. Georg. Morhofius (*q*) exhibet ex poetae cuiusdam antiqui hiſtoria Henrici Aucupis, carmen bellicum, etſi ipſe ad non vetuſtiſſima tempora illud pertinere addat. Totum illud deſcribere vix operae pretium eſt. quare primam tantum et vltimam Strophan (ſunt vero vndecim) repetamus, ne plane illius ignoretur indoles.

Viel Krieg hat ſich in dieſer Welt
Mancher Urſach erhaben,
Denſelben hat Gott zugeſelt
Die Muſick als ſein Gaben:
Ihr erſter Erfinder war Jubal
Des Lamechs Sohn mit Namen:
Erfand Drommeln und Pfeiffen Schall,
Kont ſie ſtimmen zuſammen.
Die Muſick gut
Erweckt den Muth,
Friſch unverzagt
Den Feind verjagt,
Ruft

(*q*) in libro: *Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie* p. 313.

Ruft ſtarck, dran, dran
An Feind hinan,
Brecht gwaltig durch,
Schlacht Gaßn und Furch
Schieſt, ſtecht und haut als nider,
Daß keiner aufſteht wider. —

Kein ſeeligr Tod iſt in der Welt
Als wer fürm Feind erſchlagen
Auf grüner Heid im freyen Feld,
Darf nicht hörn groß Wehklagen
Im engen Bett, da einr allein
Muß an den Todesreyhen,
Hie aber ſind er Geſellſchaft fein,
Falln mit, wie Kraut im Meyen,
Ich ſag ohn Spot,
Kein ſeeligr Tod
Iſt in der Welt
Als ſo man fellt
Auf grüner Heid
Ohn Klang und Leid
Mit Trommeln Klang
Und Pfeiffen Gſang,
Wird man begraben
Davon man thut haben
Unſterblichen Ruhm.
Mancher Held fromm
Hat zugeſetzt Leib und Blute
Dem Vaterland zu gute.

Prodie-

Prodierunt etiam noſtra aetate carmina quaedam bellica (r), quae Boruſſicus miles cecinisſe fingitur, cecinitque ſuauiſſimus Teii ſenis alumnus. Sunt Carmina XI. at bone Deus! quam pulchra, quam digna Friderico M. quorum auctor aureo plectro donandus: quippe qui epici carminis onera lyra ſuſtinet. Neſcio an Graecia et Latium his par aliquid et ſimile vnquam protulerint. certe patria noſtra nacta eſt, quibus gloriari, quae aliis populis opponere poſſet carmina, ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, verbis, feliciter adhibitis, inſignia. Vt eorum quoque ſpecimen demus (quanquam neminem popularium meorum eſſe credo, qui illa non legerit, plurimos vero, qui edidicerint) primum carmen adſcribemus: non quod optimum ſit, (licet difficile ſit, vbi omnia bona, dicere, quid optimum) ſed quod eiusmodi carmen eſt, quo nemo ſe laedi queri poſſit.

Bey Eröfnung des Feldzugs.

Krieg iſt mein Lied! will alle Welt
Krieg will; ſo ſey es Krieg!
Berlin ſey Sparta! Preuſſens Held
Gekrönt mit Ruhm und Sieg!

Gern

(r) *Preußiſche Kriegslieder in den Feldzügen 1756 und 1757 von einem Grenadier. Mit Melodien. Berlin.* 12.

Gern will ich ſeine Thaten thun,
Die Leyer in der Hand,
Wenn meine blutgen Waffen ruhn
Und hangen an der Wand.

Auch ſtimm ich hohen Schlachtgeſang
Mit ſeinen Helden an,
Bey Paucken und Trompetenklang,
Im Lerm von Roß und Mann;

Und ſtreit', ein tapfrer Grenadier
Von Friedrichs *Muth erfüllt!*
Was acht ich es, wenn über mir
Kanonendonner brüllt?

Ein Held fall ich: noch ſterbend droht,
Mein Säbel in der Hand!
Unſterblich macht der Helden Tod
Der Tod fürs Vaterland!

Auch kömmt man aus der Welt davon
Geſchwinder wie der Blitz:
Und wer ihn ſtirbt, bekömmt zum Lohn
Im Himmel hohen Sitz.

Wenn aber ich, als ſolch ein Held,
Dir, Mars, nicht ſterben ſoll,
Nicht glänzen ſoll im Sternenzelt;
So leb ich dem Apoll!

So

So werd aus Friedrichs *Grenadier,*
Dem Schutz, der Ruhm des Staats.
So lern er deutſcher Sprache Zier,
Und werde ſein Horatz.

Dann ſinge Gott und Friederich,
Nichts kleiners, ſtolzes Lied!
Dem Adler gleich erhebe dich,
Der in die Sonne ſieht!

Inferiora ſunt his tria carmina alia, quae Dano tribuuntur militi (*s*). Quantum enim ego iudicare poſſum, poetâ neque aſperitatem breuis ſermonis, quae militem bene decet, feliciterque in illis expreſſa eſt, retulit: ardore multo minore, et impetu quaſi minore omnia ſcripta ſunt: nec pauca omnino frigent.

Inprimis vero ſeptentrionalium populorum reſtant bellica carmina, non exigui ea ſpiritus. Fuerunt enim apud Arctoas gentes, qui *Scaldri* ſiue *Scaldi* dicebantur; (a verbo *Skall*, quod ſonum indicat, ita dicti (*t*),) qui verſibus artificioſe ad leges quasdam poeticas compoſitis rythmisque et numeris quam maxime ſonoris inſtructis elaboratisque genere dicendi

(*s*) *Kriegslieder eines Königl. Däniſchen Grenadiers bey Eröfnung des Feldzugs* 1762. 12. (*t*) v. Loccenium in *Antiqu. Sueo-Goth.* L. II. c. 15.

dicendi exquisito, cum meditati antea, tum quasi ardore quodam accensi, (nominabatur ab antiquis Scandis *Scalvyngl* poetica vertigo) victorias regum, et claras res gestas celebrabant carminibus, quae reges liberos suos edisci iubebant, quo magis incitarentur ad maiorum imitationem. Hi in aulis principum viuebant, florebantque et auctoritate et honore: nam grauiter bona praecepta docebant: in consilium adhibebantur: inter epulas carmina canebantur: comitabantur reges in bellis atque pugnis, et vel ipsi manu rem gerebant, aut milites ad pugnam accendebant acclamatione laeta: canebant enim, quae facta praeclare viderant. Valde enim veteres Scaldi differunt a recentioribus, quorum alii aut amore, aut metu ducti, non diserte facta commemorauerunt, sed fabulis occultauerunt, alii longioribus verborum trajectionibus carmina sua obscura reddidere. Equidem hoc loco duobus tantum locis Scaldorum ingenia et virtutes illustrabo, quae mihi maxime memoratu digna videntur. Primum Loccenius (*u*) de Scaldo aliquo idem fere narrat, quod tot scriptores de Tyrtaeo memoriae prodidisse vidimus. *Tormundus*, inquit, *Scaldus regis Olai iussu carmen Biarkamaal dictum cecinit, quo magis, quam omnibus buccinis militum*

(*u*) in *Antiqu. Sueo-Goth.* L. II. c. 12.

militum animos ad fortitudinem excitarunt. Alter locus Bartholini (*x*) pertinet ad Scaldorum intrepidum et fortem animum. *Spirabant*, ait, *et ipſi Scaldi praeliandi ardorem, ut vt de bello pugnaque praecipuis eo maioribus diſſererent, multi in militia eorum, frequentes in praeliis, vbi Mavi atrociſſimus, illa omnia gerentes, quae in hiſtoriam ſcripturus poſtulat Lucianus, vt etiam in caſtris ſe verſatus ut militum ipſe, ſeu quum ad praelia concrepantur, ſeu quum in aciem educuntur, vidarit, et arma et machinas aliquas nouit* etc. *Sic Haguinus Cimes Norua-giae contra Ioannem exſer. ad praelium excitans quidquid Scaldas ſonum in diſcrimen tractis, de quibus commonitus, quum arma ſibi aptarent, astruminibus agit Ioannikinga Saga.* vide praeter Stephanium (*y*), Bartholinum (*z*), Wormium (*a*), et Fabianum Tonnerum (*b*), de Scaldis breuiter, ſed docte agentem Io. Dauid Koelerum (*c*). Quod ſi vero carmina bellica eorum populorum et temporum cognoſcere plenius velis, euolue carmina heroica, quorum centuria ab Andrea Velleio edita (*d*), repetita

et

(*x*) in *Antiqu. Dan.* L. I. c. 10. (*y*) ad *Saxon. Grammat.* p. 12. (*z*) in *Antiquit. Dan.* L. I. c. 10. (*a*) in *Append. ad litter. Dan.* p. 242. (*b*) *de poeſi Scaldorum Septentr.* Vpſal. 1717. (*c*) in libello Academico Altorfii a. 1724. edito. (*d*) Hafniae. 1591.

et aucta centuria a Petro Septimo (*e*). adde Olaum Wormium (*f*), Schefferum (*g*), Bartholinum (*h*), qui plures auctores laudat. Praeter Olaium Rudbeckium (*i*), vide eundem Bartholinum in libro, qui multa habet iucunda lectu, quibusque fortis et strenuus animus non potest non delectari, *de causis contemtae a Danis adhuc gentilibus mortis* (*k*). Carmina generosi et fortis spiritus plena ibi profert, quae omnia repetere non licet. Sed quaedam iuuat huc transferre ex illa disputatione (*l*). *Nunc voce*, inquit (*m*), *animos suorum accendebant. (Scaldi) Sic Thormodus Kolbrunarscald, flagitante rege Olao Haraldi, instante iam Stiklastadensi certamine, vt ex toto exercitu exaudiri posset, Biarkomaal cecinit clara voce, seu cantilenam, quae praeliandi iniiceret ardorem: qua delectati militum animi, finienti gratias egerunt, valde acceptam fuisse significantes. Snorrone referente, cuius nobilis cantilenae integrum rythmum necdum mihi nanciſci licuit: segmentum vnum alterumue ex Snorronis et Edda et Chronico dabo. Et quidem in Chronico haec habentur:*

Dies

(*e*) Ibidem 1695. (*f*) in dissertat. *de prisca Danorum poesi*. Hafniae. 1651. (*g*) in *Suecia litterata*. (*h*) in dissert. *de Holgero Dano*. Hafniae, 1677. p. 59. et 155. (*i*) in *Atlantic*. P. I. c. 24. p. 635. (*k*) Hafniae, 1689. p. 152. sequ. (*l*) vt p. 58. 89. 281. 381. (*m*) v. p. 174.

Dies exoritur, susurrant galli pluma, tempus est, vt milites ordiantur laborem, Vigilent et semper vigilent amicorum capita, Omnes supremi Adilsi socii.

Hanus manu fortis, Rolfo iaculans, Nobiles viri, qui non segiunt, non excito vos ad bibendum vinum, Nec ad colloquendum cum virginibus, Sed excito vos ad durum praelium conferendum.

Eiusdem argumenti carmina non pauca in iis libris, quos indicauimus, leguntur. Denique, si, quae huc pertineant, quaesiueris, non frustra euolues duo libellos, vernaculo sermone a V. Cl. Gothofr. Schutzio erudite scriptos (*n*), quibus nos quoque quaedam debere non illubenter profitemur. Nec iniucundum erit lectoribus, spero, si aliud carmen bellicosi viri a me hic additum inuenerint, in quo magni affectus, validae, breues, vibrantesque sententiae, elocutionis summa vis eminet. Certe et illorum temporum indoles inde perspici potest, et Hyperboreorum veteris aeui populorum poesis. Sunt etiam inprimis in Stropha 22. et 23. quae Tyrtaeanis

(*n*) *Lehrbegrif der alten Deutschen und Nordischen Völker von dem Zustande der Seelen nach dem Tode.* Lipsi. 1750. et: *Beurtheilung der verschiedenen Denkungsarten bey den alten Griechischen und Römischen und bey den alten Nordischen und Deutschen Dichtern.* Altonau. 1758.

similia sunt. Est vero carmen Ragnari Lodbrogii, cuius in historia (*o*) exstat. Translatum in Latinum sermonem est non solum a Bioernero, sed etiam ab Olao Wormio (*p*), qua in versione verbum fere verbo redditur. In Gallicum sermonem idem carmen vertit Cl. Mallet (*q*), qui etiam aliud, fere similis argumenti, carmen dedit. Sed vertit Vir cl. ita, vt totum carmen contraheret, magisque praecipua loca, et sensum, quam totum et verba redderet. *Ragnarus*, vir bellicosus, initio seculi IX. in Dania regnauit: post multas expeditiones maritimas in Anglia capiebatur a rege *Ella*: in carcerem coniiciebatur plenum viperis: *quae miserum dilaniabant horrendis dentibus*: tum hoc carmen cecinisse fertur *adeso*, vt *Saxo* refert, *iecinore, cum cor ipsum funesti carnificis loco coluber insideret.* Conjicit *Malletus*, ipsum *Ragnarum* vnam aut duas Strophas forte tantum composuisse: reliquas post mortem a vate (*Scalde*) additas fuisse. Sed dabimus ipsum carmen a Bioernero translatum e Wormiano opere obseruationibus quibusdam repetitis additisque notulis nostris.

Secuimus

(*o*) in collect. Bioerner. p. 43. (*p*) *in Danica literatura antiquiss.* (Hafn. 1637.) p. 197. (*q*) v. *Monumens de la Mythologie & de la Poesie des Celtes & particulierement des anciens Scandinaves* p. 152.

Secuimus gladio, haud diu est quod in Gothiam delati occisum serpentem Theram (r) accepimus. Hinc vocarunt me heroes, quando colubrum transfoderem, Lodbrokum ob illam caedem. Intuli serpenti ictum chalybe fulgentium stipendiorum (s).

Secuimus gladio, admodum iuuenis eram dum acquireremus orientem versus in freto Oelidano, *cruenta vulnera voraci lupo (t). Et flauipedi aui (u) comparauimus ibi, quando sonuerunt ad acuminatas cassides dura ferra, insignem escam. Totum mare cruore intumuit (v), vadauit coruus in caesorum sanguine.*

Secuimus ense, alte vibrauimus hastas, dum viginti annos numeraremus, Marte grassati late. Vicimus octo Iaslos *ab Orientali plaga* Duinae *oriri, vulturi parauimus tunc sufficientem hospitii sumtum ex illa pugna (x). Sudor (y) decidit in tumidum vulneribus mare, profuderunt milites vitam.*

(r) Filia fuit Reguli cuiusdam Gothici, cuius aedes bestia haec ambiuit. (s) quia stipendium, quod ferrum meretur, lucido auro aut argento soluitur. (t) vulnerum omnes auidae ferae. *W.* (u) aquilae. (v) omnis erat oceanus vulnus. *W.* (x) cadauera hominum prostrata, quibus pasceretur. (y) sanguinem innuit.

Secuimus gladio, praelium ingens contigit, cum Helsingos *adduxi curaremus ad aulam Odini* (z). *Naues appulimus in* Ifam, *cuſpides tum mordere coeperunt, plena erat vulneribus vnda, ferro rubefacta calido. Frendebat enſis loricis adactus, gladius findebat ſcuta.*

Secuimus gladio, memini neminem tum fugiſſe, antequam in nauibus Herraudus *bello caderet. Haud findit carinis alius* Iaslus *celebrior aequora, portum quaerens. Per longarum nauium latera ille protulit princeps late pronum in praelio cor.*

Secuimus gladio, milites abiecerunt ſcuta, quando lanceae tenderent fortia (a) *ad virorum pectora. Percuſſit* Skarforum (b) *ſcopulos gladius in praelio: rubo-*

(z) bello caeſos Odino mactari et in eius aulam poſt mortem recipi credebant. *Worm.* de *Odino* vide *Io. Scheffer.* Vpſaliam c. 7. p. 67. ſequ. inde diſces antiquiſſimum fuiſſe ſeptentrionis gentibus Deum, et ſummum Deum, coeleſtis aulae dominum, belli moderatorem etc. Inprimis huc pertinet bellorum regimen, quod illi tributum: hinc dicitur in Edda *virorum Deus*, *Strugis cuſtos* et *pater*. v. Bartholini *Antiqu. Dan.* L. II. c. 6. Alii putant fuiſſe plures Odinos, immo decem fuiſſe ſcribit Torfaeus in *Dynaſt. Dan. ſer.* L. II. c. 5. vide Rudbeckium in *Atlant.* P. II. c. 5. Olaum Magnum in *hiſt. Sept.* L. III. c. 3. Inprimis credebant Odinum genios ad bella dimittere, qui deſignent necandos atque necatos ad ſedes beatas invitent. adde *Stephan.* ad Saxon. Gram. p. 139. *Klotz.*

(a) cum haſta volucri arduus —— (b) auis ex genere mergorum.

rubefactus est clypeus, antequam Rufus non accumberet. Fluebat ex virorum fidelium capitibus calidus in loricas sudor.

Secuimus gladio, obtinuerunt *tunc corui ante* Indathyrorum *insulas optatam praedam discerpendam. Comparauimus feris bestiis plenam coenam eo tempore. Graue erat vnum memorare sub ortum solis: neruo excussa tela vidi pungere, protrusit arcus spicula.*

Secuimus ense, altum fremuerunt gladii, priusquam in Vlleri agro Eystenus *rex caderet. Accepimus auri magnam vim, in monumentum caesorum ensibus. Gladius dissecuit scutorum ornamenta in galearum conflictu; cerebrorum musto ex vulneribus perfluebat ceruicis cliuus* (*c*).

Secuimus ense, habuimus clypeos sanguinolentos, quando hastas iungeremus (*d*) *ante* Borgundorum insulam. *Spiculorum nubes discerpsit clypeos. Propulit arcus ferrum*, Follnerus *occubuit praelio. Non erat illo rex praestantior. Prostrati late fluebant per littora, lupis grata praeda.*

(*c*) ceruicum iustum ex vulneribus diffusum per cerebrum fissum. (*d*) loricas.

Secuimus gladio, praelium ensium crescens, antequam Freyr rex caderet in Flæmingorum regione. *Occoepit coeruleus mordere sanguine consperſus aureae loricae in praelio. Acuta armorum vel vulnerum cuſpis quondam (e). Virgo illacrymabat matutinae caedi, multa ſed eſca ceſſit lupis.*

Secuimus gladio, centies centenos vidi proſtratos, in nauibus, vbi Angliae promontorium erat. Nauigauimus ad pugnam, ſex dies antequam milites caderent. Celebrauimus mucronum conuentum, ante ortum ſolis, cogebatur noſtris armis Valthioferus *in bello cadere.*

Secuimus enſe, ſtillabat ſanguineus ros ex gladiis, abunde in Bardorum ſinu, pallidum cadauer pro aquilis: mugiebat arcus, vbi cuſpides confertim pungebant interulas (f), in ardenti pugna, Odini galeato pileo preſſas. Feſtinauit arcus ad vulnera, venenate acutus, madidus ſudore.

Secuimus gladio, extulimus funeſta ſcuta, alte in bellico ludo, circa Hiadingorum *finum. Videre contigit tum heroes, qui enſibus diſſecuerunt ſcuta, in cruento gladiorum ſtridore. Galeae laceratae (g) virorum:*

(e) non capio haec. *Kl.* (f) loricas. (g) aureas.

eorum: hoc non perinde erat, ac splendidam sponsam in strato iuxta se collocare (*b*).

Secuimus gladio, saeua incubuit procella scutis, cadauera corruerunt in Northumbrorum terra, *quod contigit matutino tempore. Viri coacti sunt fugere e bellico ludo, in quo acuti galearum campos* (*i*) *punxerunt gladii. Erat neutiquam quasi iuueni viduae in suprema sede oscula figere* (*k*).

Secuimus gladio, Herthiofo *contigit reportare in* australibus insulis *victoriam a nostris viris. Coactus fuit armorum pluuiae* Rognualdus *succumbere. Ille fuit summo aquilis luctui in bello* (*l*). *Confertim proiecit concussor galeae cruenta tela.*

Secuimus gladio, quilibet iacebat transuersim supra alium. Laetabatur praelio acerrimo aquila in gladiorum ludo. Non deseruit aquilam vel aprum, qui Irlandiae praerat. Concursus fiebat ferri et clypei. Marstanus *rex ietanis in* Vedrorum *freto datus praeda eorum.*

(*b*) Erat ſicut ſplendidam virginem in lecto iuxta ſe collocare. *Mall. croit pour moi un plaiſir auſſi grand que* — (*i*) pro capitibus. (*k*) Erat hoc veluti — (*l*) accipitres luxiſſe fingit, quod tanto bellatore eſſent priuati, qui tot ſtrages in praeliis edere ſolebat, vt illis eſcam praeberet copioſam.

Secuimus enſe, pugnaces multos vidi proſtratos meae machera virae in mucronum pugna. Filio meo impacta mature vaginae acus (m) iuncta est. Eigillus *fuit* Agnaro *auferri intrepido viro vitam. Strepuit lancea, ad Hamthiſi griſeam loricam fulſerunt vexilla.*

Secuimus enſe, promiſſorum tenaces animadverti facare non minutim pro lupis Dei marini gladiis. Erat hebdomadis ſpatio, quaſi vina mulieres portarunt (n). Rubedine illiti erant Aegis aſini (o). Nimis in tumultu telorum ſciſſa fuit ſagae lorica in Skiolldungorum pugna.

Secuimus gladio, pulchricomum vidi fugare (p) virginis amatorem, tempore matutino et confabulatorem viduae (q). Erat inſtar calidi balnei, quod vinei vaſis virgo (r) adportabat nobis in Eleſponto, *priusquam* Ormus *rex occumberet. Cruentum ſcutum vidi ſciſſum, diſſoluit illud heroum vitam.*

Secuimus enſe, inſtituimus gladiorum funeſtum ludum in Lindiſora, *cum regibus tribus. Pauci abeinuerunt*

(*m*) gladius. (*n*) Erat per hebdomadae ſpatium, quaſi mulieres vinum apportarent. (*o*) ſunt naues, quae aſini Aegis dicuntur, quia ut aſini in terris, ita naues in mari onera portant. (*p*) crepuſculaſcere. i. e. ad vitae occaſum inclinare. (*q*) effoeminatus homo. (*r*) quae vina primis in conuiuiis

nuerunt inde gaudium. Praecipites multi dabantur in victum luporum. Aquila discerpsit carnem cum lupo, vt felix inde rediret. Ironum *sanguis in mare abunde decidit inter cacdendum* (*s*).

Secuimus ense, alti gladii pungebant scuta, cum deauratae perstrepuerunt hastae ad loricas. Videre licuit in Onlungi *insula, per aetates multas post, vbi ad nectar Dearum bellicarum reges properarunt. Rubefactus erat ante oram Aricam volans draco vulneribus* (*t*).

Secuimus gladio, quid est viro strenuo magis in fatis, quam vt in cuspidum nimbo inter primarios occumbat? saepe luget aetatem, qui nunquam affligitur (*u*). *Infaustum esse dicunt pernitiosam incitare aquilam ad gladiorum ludum. Timido venit nuspiam cor suum vsui.*

Secuimus gladio, illud censeo aequum, vt vat in conflictum gladiorum vix iuuenis aduersus alium, nec cedat ciuis ciui. Illud fuit viri strenui proprium diu. Semper oportet amicum fidum virginis promtum esse in strepitu gladiorum (*x*).

Secuimus

(*s*) per mactationis tempus. (*t*) volans draco vulnerum, id est, hasta. (*u*) *Celui qui n'est jamais blessé, passe une vie ennuyeuse.* M. (*x*) *Celui qui aspire à se faire aimer de sa Maitresse, doit* — M.

Secuimus gladio, hoc mihi videtur expertum quod fata ſequamur. Pauci ſuperant decreta Nonarum (*y*). *Non cogitaram futurum Ellam aetati fatalem meae. Tunc cum ſanguineam ſtragem ederem et naues in profundum praecipitarem. Laetum acquiſiuimus tunc lupis coenam in* Skotlandicis *finibus.*

Secuimus gladio, illud gaudere me facit ſemper, quod Balduri (*z*) *patris ſedilia adornata ſciam. Bibamus cerouiſiam fortiter* (*a*) *ex cauatis crateribus craniorum* (*b*). *Non exhorret animoſus mortem praeſtantis in Odini domiciliis. Non venio deſperabundis verbis ad Odini palatium* (*c*).

Secuimus enſe, hic cuperent nunc omnes filii Aslaugae acre praelium concitare, ſi probe noſſent ſtatum noſtrum quamque multi ſerpentes aeneo pleni

me

(*y*) Parcarum. (*z*) Balderi pater: Odinus. nam credebant, poſt mortem principes in illius domicilia recipi, ibique variis deliciis frui etc. (*a*) brevia. (*b*) vide haec illuſtrantem Schefferum in *Vpſal. Antiqu.* c. 10. *Kl.* (*c*) in *Edda myth.* 33. dicitur, omnes, qui ab initio mundi in praeliis occubuerint, veniſſe in Valhallam ad Odinum. Reliquos credebant, qui non bello caderent, ſed morbo et ſenectute extinguerentur ad Helam, inferni Deam, ire, ibique fame et inedia vexari. v. Shetinghamium *de Angl. gent. orig.* p. 323. *Kl.*

me lanient. Maternitatem accepi meis filiis, edo (*d*) *vt cordibus valeant.*

Secuimus enſe, valde inſtat (*e*) *haereditas ſutua, imminet noxa a vipera. Serpens habitat palatium cordis, exſpectamus huius quidquam ab Odini uirgula* (*f*) *in Ellae ſanguine. Filiis meis intumeſcet ſua ira rubedine. Nunquam acres iuuenes ſedem quietam eſſe ſinent.*

Secuimus gladio, ego quinquagies martia certamina procuraui bello prouocatus et ſemel. Minime cogitaui hominum me futurum, dum iuuenis didici cuſpidem rotare, alium regem praeſtantiorem. Nos Aſi (*g*) *inuitant, non eſt lugenda mors.*

Diſcupio hoc finire, domum me inuitant Diſae (*h*), *quas ex Odini aula Odinus mihi miſit. Laetus cerevisiam* (*i*) *cum Aſis in primaria ſede bibam. Vitae praeterierunt horae, ridens morior.*

Hiſce

(*d*) Matrem accepi meis filiis; ira — *La Mere, que je leur ai donnée leur a laiſſé un cœur vaillant.* M. (*e*) innuit vitae exitum inſtare. (*f*) gladius. (*g*) Aſae. Deae ſunt, quas mortis rationes gubernare credebant. (*h*) ſunt miniſtrae Odini. vide Schutzium V. Cl. in libro *Lehrbegrif der alten Deutſchen.* &c. p. 301. *Kl.* (*i*) Cibique enim potusque abundantiam ibi eſſe ſibi perſuaſerant. vid. *Eddam myth.* 33. 1. 55. cf. Wormium in *Litteratu Runic.* p. 218. *Kl.*

Hisce addamus carmina quaedam bellica e *Saxonis Grammatici Historia Danica* excerpta, praesertim cum tantam praeferant orationis elegantiam, vt non semel miratus sim, barbaro illo aeuo illaque in regione tam elegantem scriptorem fuisse.

Primum (*k*) cecinit Asmundus, in vltionem patris cum Hadinga congressus, vt filium Henricum fortissime dimicantem occidisse cognouit:

Quis nostra fortis ausit arma sumere?
Nil proficit cassis vacillanti nitens,
Lorica iam nec commode fusum (l) regit:
Armis ouennus interemto filio:
Cuius mori me cogit imminens amor,
Charo superstes ne relinquar pignori,
Vtraque ferrum comprimi iuuat manu.
Nunc bella, praeter scuta, nudo pectore
Exerceamus fulgidis mucronibus.
Ferocitatis fama nostrae luceat,
Audacter agnien obteramus hostium.
Nec longa nos exasperent certamina,
Fugaque fractus conquiescat impetus.

Alterum

(*k*) in L. I. p. 13. (ed. Soroenf. 1644.) (*l*) Tantum non fusum, fere perierunt, et cui fixa stat animo sententia, non diutius vitura huius lucis frui. Sed

Alterum (*m*) cecidit Roluonis Regis strenuus pugil, Hialto, insidiis rege circumuento, dormientis adhuc Biarconii cubiculum praetergressus (*n*):

Ocyus euigilet, quisquis se regis amicum
Aut meritis probat, aut sola pietate fatetur.
Discutiant somnum proceres, stupor improbus absit,
Excalfeant animi vigiles: sua dextera quemque
Aut famae dabit, aut probro perfundet inerti.
Noxque haec aut finis erit (o), aut vindicta malorum.
Non ego virgineos iubeo cognoscere ludos,
Nec teneris tractare genas aut dulcia nuptis
Oscula conferre et tenues adstringere mammas:
Non liquidum capere merum tenerumue fricare
Foemen et in niueos oculum iactare lacertos.
Euoco vos ad amara magis certamina Martis.
Bello opus est, nec amore leui: nihil hic quoque facti
Mollities enerui habet, res praelia poscit.
Quisquis amicitiam regis colit, arma capessat,
Pensandis animis belli promtissima laus est.
Ergo viris timidum nihil aut leue fortibus insit
Destituatque animos armis cessura voluptas.
In precio iam fama manet, laudis sibi quisque
Arbiter esse potest, propriaque nitescere dextra.
Instructum luxu nihil adsit, plena rigoris
Omnia praesentem discant exoluere cladem.

Non

(*m*) in L. II. p. 32. (*n*) conf. Er. Pontoppidani Annal. Eccles. Dan. Diplom. P. I. p. 259. (*o*) Melius: *Haec aut finis erit non, aut vindicta malorum.* K.

Non debet laudis titulos aut praemia coptans
Ignauo torpere metu, sed fortibus ire
Obuius et gelidum non expallescere ferrum.

Tertium et quartum est e L. VII. (p). Nempe vulneratis lethaliter Gunnone patre, et Filio Grimore ab Olone, Grimo supremi spiritus vix potens ac toto pene vigore defunctus carmen hoc extremo vocis singultu contexuit:

Simus nempe licet corpore debiles
Elapsusque cruor robur obhauserit;
Quum nunc elicitus vulnere spiritus
Vix sensim lacero pectore palpitet;
Discrimen, moneo, temporis vltimi
Per nos intrepidis clareat ausibus
Nec conflictum aliquis fortius editum
Pugnatumue magis dixerit vspiam.
Et certamen atrox arma gerentibus
Quum per busta caro fessa quieuerit,
Famae conciliet praemia perpetis.
Prima hostis scapulas sectio comprimat,
Et ferrum geminas abripiat manus,
Vt quum nos Stygius Pluto receperit,
Olonem quoque par exitus occupet
Et commune tribus (q) funus inhorreat,
Vna vrnam cineres ornaque contegat.

Hactenus

(p) pag. 145. (q) Seruus Gunnonis etiam occisus erat.

Hactenus, Guimo. Cuius ineuntem patet spiritum aemulatus, vt fortissimam filii vocem mutua adhortatione prosequeretur, sic coepit:

Quanquam defectis ad summum sanguine venis
Extet in occiduo corpore vitae breuis;
Taliter extremae vigeat contentio pugnae,
Vt laudem nostri non sinat esse breuem.
Ergo humeros hostis et brachia framea primum
Impetat vt manuum debilitetur opus.
Sic commune tribus dabitur post fata sepulcrum,
Et locios cineres par tribus vrna teget.

Hic dictis ambo genibus nixi (nam fati propinquitas vires hauserat) cominus cum Olone confligere summopere niti etc.

Transeamus ad aliud carminum genus, quod cantatum fuisse accepimus. De iis carminibus loquimur, quae ἐπινίκια dicuntur. quorum licet rationem explicare voluerit in libello de iis scripto Io. Guil. Bergerus, nec tamen ille satisfecit desiderio, nec exspectationi respondit. Nam ad tenuia delapsus nomina tantum, quibus illa carmina appellantur, collegit. nos exemplis vtemur illustrioribus. ἐπινίκια spectauerunt ad victoriam, id quod ipsa verbi vis indicat, atque vel ipso victoriae tempore decantata vel serius etiam a poetis composita fuerunt. Continuit

igitur eiusmodi carmen cum laudem victoris et virtutis militum, quorum opera victoria parta, tum gratias diis, quorum numine feliciter pugnatum esse credebant, relatas.

Antiquissimum pulcherrimumque ἐπινίκιον habent Hebraei. Quis enim ignorat nobilissimum carmen a Mose post transitum Israelitarum per mare rubrum cantatum (*r*)? Nullum omnium, quae ad nostram aetatem peruenerunt, carminum hoc vetustius est: nullum erumpentis pectore laetitiae sensus pulchrius exprimit. Tanta vbique vis apparet gaudii cum admiratione, et amore Dei coniuncti: tanta membrorum orationis breuitas, immo repetitio interdum earundem sententiarum: adeo viuunt omnia et mouentur! Quam quidem carminis naturam et praestantiam copiose explicuit, praeter Robert. Lowthium (*s*), Hersanus (*t*). Librum quoque Iustorum, cuius fit mentio in Iosuae libro (*u*), Grotius putat ἐπινίκιον carmen fuisse. Clericus (*x*) autem collectionem existimat fuisse hymnorum de rebus gestis

(*r*) vid. *Exod.* XV. (*s*) *de poesi Hebraeor. sacra* Prael. XXVII. (*t*) in Rollini libro: *La maniere d'enseigner & d'etudier les belles lettres.* P. IV. (*u*) cap. X, 13. adde II *Samuel.* I, 18. (*x*) in *Commentar.* p. 124. ed. Tubing. add. Huetium in *demonstrat. Euangel. Propos.* IV. p. 190.

ſtis Hebraeorum, forte non vno tempore factam. Certe librum illum poeticum fuiſſe oſtendit clare locus de retardato ſolis curſu, cuius in interpretatione fruſtra omnem operam pones, ſi hiſtoricum loqui ibi putes. Quodſi vero hanc particulam e carmine decerptam ita explicueris, vt fecit Cl. Michaelis (*y*) illiusque auctorem dixeris audacius expreſſiſſe ſententiam illam, noctem fulminibus illuſtratam fuiſſe, facile nos expediemus omnibus difficultatibus, quae nobis de re miraculoſa cogitantibus non poſſunt non ſuborirí. Certius ἐπινίκιον eſt illud, quo Dauidem Goliatho occiſo populus proſequebatur (*z*), et diuinum carmen Deborae iure habetur (*a*). Eſt enim in illo mirifica ſententiarum ſublimitas et elocutionis magnificentia incredibilis, vt pulchre oſtendit Lowthius (*b*). Quid poteſt autem magnificentius cogitari iis, quae Witſius de hoc carmina dicit (*c*); *Carmen Deborae tanta verborum magnificentia, tanta figurarum varietate, tam aptis auresque implentibus numeris tam eleganti translationum audacia, tam natiua et nitida affectuum, quos res exigebat, repraeſentatione concinnatum eſt, vt neque Pindaricis neque Venu-*

(*y*) ad Lowthium p. 459. (*z*) I *Reg.* XVIII. (*a*) in libro Iudic. c. V. (*b*) l. c. *Prael.* XXVIII. p. 559. (*c*) in *Miſcell. Sacr.* L. I. c. 23. p. 351.

fini vatis odis postponi debeat, et vel ex solo hoc specimine appareat, quanta poeseos vis antiquissimis temporibus fuerit apud Hebraeos. Vt hoc vnum addamus, non sine causa viri docti existimant, locum, quem Moses profert (*d*) ex Annalibus Amorhaeorum, decerptum esse ex carmine ἐπινικίῳ, cum Sehon, rex Amorhaeorum, victoriam a rege Moab reportasset, cantato. Initium illius est: *Venite in Hesebon: aedificetur et construatur ciuitas Sehon: ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon etc.*

Pergamus ad Graecos, quibus primum ἐπινίκιον cecinisse videbatur Apollo, qui, Saturno pulso et regno exuto, Iouis victoriam celebrauit. Habitum canentis describit Tibullus (*e*), qui Apollinem his versibus inuitat:

— nitidus pulcherque veni: nunc indue vestem
Sepositam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuisse Ioui.

vide Vossium (*f*). Luculentum eiusmodi carminis exemplum seruauit Pausanias (*g*). Bello enim Messeniaco

(*d*) *Num.* XXI, 27. (*e*) L. II. El. 5, 7. (*f*) in *Instit. Orat.* III, 7, 2. p. 417. (*g*) in L. IV. c. 16. p. 319.

ſeniaco ſecundo Ariſtomenem Andaniam reuerſum poſt victoriam reportatam a Lacedaemoniis acceperunt matronae gratulabundae, tectas in eum et flores fructusque, vt anni tempeſtas ferebat, proiecerunt, atque cecinerunt:

Ἐς τε μέσον πεδίον Στενυκλήριον ἐς τ' ὄρος ἄκρον
Εἶπετ' Ἀριστομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Dicitur etiam Callimachus ἐπινίκιον ſcripſiſſe in honorem Soſibii, qui ſummae rei praefuit in aula Ptolemaeorum. Athenaeus ſcribit (*h*): Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, ἐν γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτὸ φασιν εἶναι Σωσιβίου, εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν. vide Fabricium (*i*) et Fragmenta Callimachi a Bentleio collecta (*k*).

Latina lingua tale carmen conſcriptum eſſe non memini, (niſi velis huc referre Horatii carmen IV. libri IV. quo Druſi, Auguſti priuigni, victoria de Rhaetis Vindelicisque celebratur, et c. XIV. eiusdem libri in honorem Claudii Tiberii Neronis compoſitum, qui adiutor fuerat fratri in Vindelico bello) praeter verſiculos a Flauio Vopiſco in vita Aureliani

 ſeruatos.

(*h*) *Deipn.* L. IV. p. 144. (*i*) in Bibliothec. Gr L. III. c. 19. p. 485. (*k*) n. LXIX. p. 441.

ſeruatos (*l*). *Refert*, inquit ille, *Theoclius* (Salmaſius coniicit: Theo Chius) *Caſſianianorum temporum ſcriptor, Aurelianum manu ſua bello Sarmatico uno die quadraginta et octo interfeciſſe, plurimis autem et diuerſis diebus ultra nongentos quinquaginta: adeo vt etiam baliſtea* (cod. Palat. balliſtia) *pueri et ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feſtis militariter ſaltitarent:*

Mille, mille, mille decollauimus,
Vnus homo mille decollauimus,
Mille viuat, qui mille occidit,
Tantum vini habet nemo
Quantum fudit ſanguinis.

Haec video eſſe perfriuola, ſed quia ſupra ſcriptus auctor ita eadem, vt ſunt Latine, ſuis ſcriptis inſeruit, tacenda eſſe non credidi. Idem apud Moguntiacum tribunus legionis ſextae Gallicanae Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, ſic adflixit, vt trecentos ex his captos ſeptingentis interemtis ſub corona vendiderit. Vnde iterum de eo facta eſt cantilena:

Mille Sarmatas, mille Francos
Semel et ſemel occidimus
Mille Perſas quaerimus.

Exercuit

(*l*) p. 211, ed. Pariſ. 1620.

Exercuit hic locus paullum ingenia interpretum, e quibus Salmasius bene nobis de verbo ballistia seu balistea disputare videtur. Explicat vero verbum per choreas et cantilenas, ad quas saltatur. quam certe interpretationem firmat Suidas (*m*) Βαλλίζειν, τὸ κύμβαλα κινοῦσιν καὶ πρὸς τῶν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι. Quod vero ad versus ipsos attinet, poetae dicit vulgares in componendis eiusmodi cantibus et saltatiunculis legis metricae nullam rationem habuisse, sed solius modulationis et numerosae compositionis verborum, quae ita ad aurem accidit, vt formam videatur habere veri et legitimi rythmi. Nempe, vt scribit Quintilianus (*n*) de primo carminum genere, ita etiam hoc *imperito quodam initio fusum et aurium mensura, et similiter decurrentium spatiorum observatione.* Comparat hos rythmos cum politicis versibus, qui medio aeuo a Graecis inuenti et a Latinis expressi fuerunt: quos Heumannus, ὁ νῦν ἐν ἀγγέλοις (nam ex beatorum coetu nulli illum clamores exturbabunt, nullae accusationes eiicient, quae nunc praela hominum exercent) ita appellatos esse credidit (*o*), quia politici homines, haud alte immersi litterarum studiis, facile tales potuerint confi-

 cere,

(*m*) T. I. p. 414. (*n*) *Inst. Orat.* IX, 4. (*o*) in *Conspect. Reip. litterar.* c. 5. p. 262.

cere, cum a scholasticis tantum hominibus iusti versus trochaici exspectari debeant. Sed probabilius fere Lambecius dicit, politicos hos versus appellatos, quia vulgo Constantinopoli per compita cantati sint: eam πάλιν vocatam esse κατ' ἐξοχήν et sermonis contractionem (p). Plurima, quae eiusmodi versibus politicis contexta sunt, scripta recenset Caspar Barthius (q), qui nec prorsus solutae nec penitus ligatae orationis genus hos versus constituere dicit. Consule etiam du Fresne (r) et Leon. Allatium (s), qui ideo eos dictos ita esse existimat, quod communes omnium civium sint eorumque vsui accommodati.

Transeo ad Germanos. Sed antea locum dabo Diodori Siculi de Gallis (t), vbi dicit, Gallos spolia sanguine polluta famulis velut in triumpho proferenda dedisse et hymnum victorialem cecinisse: τὰ δὲ σκῦλα τοῖς θεράπουσι παραδόντες ἡμαγμένα λαφυραγωγοῦσι, παιανίζοντες καὶ ᾄδοντες ὕμνον ἐπινίκιον. Exstat etiam vetustum carmen Theotiscum, quod huc pertinet, a Io. Schiltero (u) hoc titulo editum: *Επινικιον Rythmo Teutonico Ludouico Regi acclamatum,*

(p) v. *Melange d'histoire & litterature* p. *Vigneul Marville* T. II. p. 334. (q) ad Claudian. Mamert. p. 364. (r) in *Glossario med. & Inf. Latin.* T. II. p. 337. (s) v. Fabric. *Bibl. Gr.* T. X. p. 318. (t) *L. V.* p. 352. (u) in T. II. *Thes. Antiqu. Teutonicar.*

sum, cum Northmannos an. DCCCLXXXIII. vicisset. Descripsit carmen e codice monasterii Elnonensis siue S. Amandi in Belgio Io. Mabillonius, doctissimoque commentario illud Schilterus illustrauit, cui nos quoque aliquot locorum indicium debemus. Quam vero de primae Strophae antiquitate dubitatio quaedam est, adferamus specimen e medio carmine, quod, nescio quomodo, valde nobis placet.

Tho nam herskild indi sper
Ellianliche reit her.
Vrold her uuarer rahchon
Sina uuidarsahchon,
Tho ni uuas iz buro lango,
Fand her thia Northmannon.
Godé Lob. *sageta.*
Her sibe thes her gereda.
Ther kunig reit kuono
Sang lioth frono.
Joh alle saman sungun
Kyrieleison.
Sang uuas gesungen
Uuig uuas bigunnen,
Blaot skein in uuangon
Spilodunder Vrankon
Thar raht thegeno gelib,
Nicheim soso Hludowig.
Snel indi kuoni.
Thas uuas imo gekunni. &c.

Quae quidem Schilterus ita interpretatus est: Tunc arripuit scutum et lanceam festinanter equitans. Volebat is vere vindictam sumere de suis aduersariis. Tunc nec erat interuallum longum: inueniebat Normannos. Deo sit laus! dicebat, videns id quod desiderabat. Rex currit audacter, procinit canticum publicum atque omnes coniunctim cantabant: Kyrie eleison. Canticum erat decantatum, praelium coeptum. Sanguis apparuit in genis exultantium Francorum. Hic vindictam sumsit miles pariter, nemo sic vt Ludouicus. Alacer et audax: hoc ipsi erat congenitum etc.

De ἐπινικίοις recentiori aetate factis, quorum exstat non exiguus numerus, nolumus quidquam dicere. Nec enim cantata, sed a poetis composita fuerunt. Vt tantum pauca addamus, exstant Iani Lernuti *Epinicia honori et Virtuti Ducis Ambros. Spinulae dicata, etiam aduersantium nonnullorum pallori et inuidiae* (x): sed in quibus elatiorem ingenii vim frustra quaeres. Nec desunt alia, ob victorias variorum ducum a poetis cantata carmina. Tale est illud Io. Cargae *de victoria ducis Albae apud Belgas:*

Laetitiae

(x) Antuerp. 1603.

Laetitiae bona ſigna canis date turribus aera
Et pia ſollicito ſoluite corda metu,
Et vos ſacra cohors diuinas carmine laudes
Perque domos diuûm dicite perque vias. (*y*) etc.

Talis oda Ioannis Cottae de victoria Liuiani (*z*), tale ipſius Toſcani *Epinicion Chriſtiani orbis Turcarum claſſe apud Lepantum profligata.* Quid dicam de Boilauii oda Pindarica in expugnationem Namurcae, olim quae non paruas turbas in Gallia excitauit (*a*)? ſed de his plura dicere nolumus.

Vltimo loco collocamus ea carmina, quibus olim res bellicas, fortitudinem, praeclaraque facta heroum et maiorum ſuorum celebrabant varii populi. Lacedaemonios, narrat Plutarchus (*b*), modulationibus et cantilenis operam dediſſe, quae ad excitandum augendumque animum ſtimulum haberent, impetumque et quaſi inſtinctum quendam ad agendum ingenerarent: dictionem fuiſſe ſimplicem, minimeque fucatam, materiam laudes eorum, qui praeclare vixiſſent ac pro Sparta occubuiſſent, item vituperationem eorum, qui timide ſe geſſiſſent. Idem fere inſtitutum

(*y*) in Io. Matth. Toſcani *Carmin. Illuſtr. poetar. Italor.* T. I. p. 5. (*z*) *Ib.* p. 80. (*a*) v. *la Vie de Boileau* p. *Mezerai.* p. 177. (*b*) *In inſtit. Laconi.* p. 237.

tum apud Arcadas viguisse narrat Athenaeus (*c*), *παρὰ γὰρ μόνοις Ἀρκάσιν οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ ἔκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἡρῴους καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι.*

Huc pertinere nobis videntur illa carmina, quae σκόλια appellabantur. De his post Hadrianum Iunium (*d*) sat copiose nec indocte exposuit Goensius (*e*). Nos, quae ad illustrationem rei pertinere credimus, e nostris commentariis adferemus.

Σκόλιον appellat Hesychius *παροίνιον ᾠδήν.* quam interpretationem et apud Suidam inuenimus (*f*) et apud Pollucem (*g*). *Καὶ παροίνια δὲ ἄσματα ἦν καὶ σκολιὰ* (*h*), *καὶ μυρίνην δέ τινες ἐπὶ δεξιὰ περιφέροντες καὶ ἔκπωμα καὶ λύραν ᾄδειν ἠξίουν.* Nominis vero horum in conuiuiis cantatorum carminum variae causae afferuntur a Criticis, inter quos, qui probabilius reliquis disputat, illud inde deducit Ios. Laurentius (*i*) quia, quae circumferri solebat, lyra obliquo et sinuoso circuitu in mensa ambulans pectinatim quodammodo, non seriatim et per ordinem accubitus, conuiuis

(*c*) L. XIV. c. 5. p. 626. (*d*) in *Animaduersion.* L. III. c. 7. p. 121. (*e*) in *Obseruationum Miscellanearum* (Traiect. Batau. 1764.) c. 4. p. 22. (*f*) T. III. p. 354. (*g*) in *Onomast.* L. VI. c. 19. (*h*) vide de accentus ratione Seberum in notis p. 91. (*i*) *de Conuiu. Veter.* p. 171. in T. IX. *Thes. Gronou.*

conuiuis tradita fuerit. Certe hoc et nominis ratio, et alia veterum scriptorum loca docent: quamquam ab his discrepare videtur Scholiastes Aristophanis (*k*), qui recte notauit: σκολιὰ λέγεται τὰ πεζὰ εἶναι ἄσματα, deinde addit: ἡ παροιμία σκολιὸς ἐγένετο διὰ τὴν θέσιν τῶν κλινῶν σκολιάν· quod scholion iisdem fere verbis datur alio loco (*l*). Nos certe illud teneamus, cantata fuisse ad lyram ea carmina obliquo ordine a musicae peritis, reliquos, lyram non pulsantes, cantantesque myrti ramum aut lauri folium manu tenuisse, cantataque fuisse omnibus iam appositis. quanquam triplex genus eiusmodi carminum constituit Athenaeus (*m*), vbi potes videre Casaubonum (*n*), quibus addes ea, quae disputat Ludouicus de la Nauze in libello de cantionibus Graecorum (*o*). Argumenti fuerunt varii haec carmina: alia enim seuera pertinebant ad vitam recte instituendam, laudesque virorum fortium continebant; alia laetitiam commendabant atque amoris etiam suauitatibus imbuta erant. Erant quoque Scolia in Deorum honorem, hoc vno diuersa a Paeanibus, quod ἐπίδημος

(*k*) *ad Ran.* 1337. (*l*) *ad Vespas* 1231. (*m*) L. VI. c. 14. p. 693. (*n*) In *Animaduers.* p. 981. 982. (*o*) *Sur les Chansons de l'ancienne Grece* dans *les Memoir. de l'Academ. des Inscript.* T. XIII. p. 496.

ἐπίῤῥημα Παιανικὸν non habebant, id est, ἐπὶ Παιᾶνα (p). Inuentorem horum carminum facit cum aliis Plutarchus (q) Terpandrum, de quo, auctorum locis collectis, copiose egit Dorvillus (r); atque Athenaeus Alcaeum et Anacreontem eiusdem generis versus composuisse scribit. Peruenerunt quaedam σκόλια ad nostram aetatem, seruata illa a Graecis scriptoribus, quae immensum desiderium reliquorum in animis nostris relinquunt. Spirant inprimis duo, quae addere hic iuuat, admirabilem animi virtutem, nec, nisi incredibili cum voluptate, legi possunt ab omnibus, quibus paullo generosiorem indolem benignior natura dedit. Dabimus primum, quod Athenaeus seruauit, carmen Υβρίου τοῦ Κρητὸς, vt illud ab Henrico Stephano editum fuit (s). Sed humile vulgus arceo et procul abesse iubeo!

Ἔστι μοι πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος
Καὶ τὸ καλὸν λασήϊον πρόβλημα χρωτός.
Τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω,
Τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον ἀπ' ἀμπέλω,
Τούτῳ δισπότας κέκλημαι. τοὶ δὲ
Μὴ τολμῶντες ἔχειν δόρυ καὶ ξίφος καὶ τὸ καλὸν λασήϊον
Πάντες

(p) vid. Sam. Petitum in *Miscellan.* L. VI. c. 5. p. 159. (q) *de Musica* p. 1140. (r) in *Vanno Critic.* p. 649. (s) in *Carminum Poetarum nouem fragmentis* (a. 1560.) p. 398.

Πάντες γὰν πεπτηότες ἐμοὶ κυίουτι
Δεσπόταν καὶ βασιλέα μέγαν φωνέοντι.

Esne credibile, fortium Graecorum aliquem hoc carmen inter pocula audire potuisse, quin armorum gloriam sibi perpetuo conseruare constituerét, quin, nisi mortuo sibi clypeum ablatum iri, iuraret? Maiorem etiam spiritum admiramur in illo Callistrati σκολίῳ, admodum celebri Athenis et in omnibus conuiuiis decantato, de necato ab Harmodio et Aristogitone Hipparcho Athenienſium tyranno, seruato ab Athenaeo, et a viro summo, Roberto Lowth; ad numeros suos reuocato et a Goensio commentariolo illustrato (t).

Εἰς Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα Σκόλιον.

Ἐν μύρτου κλάδι τὸ ξίφος φορήσω
Ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων
Ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην
Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Φίλταθ' Ἁρμόδι' οὔτι που τέθνηκας
Νήσοις δ' ἐν μακάρων σε φασὶν εἶναι,
Ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεὺς,
Τυδείδην τε φασιν Διομήδεα.

(t) l. c. Prael. I. p. 18.

Ἐν μύρτου κλάδι τὸ ξίφος φορήσω,
ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,
ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις
ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην.

Ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν
φίλταθ' Ἁρμόδι' κ' Ἀριστογείτον
ὅτι τὸν τύραννον κτάνετον
Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Iuuat ſententiam noſtram de hoc carmine, non tam noſtris, quam Lowthii verbis exponere, qui, illo exhibito, ſtatim addit: *Quod ſi poſt Idus illas Martias e Tyrannoctonis quispiam tale aliquod carmen plebi tradidiſſet, inque ſuburram et fori circulos et in ora vulgi intuliſſet, actum profecto fuiſſet de partibus deque dominatione Caeſarum: plus mehercule valuiſſet vnum* Ἁρμοδίου *μέλος quam Ciceronis Philippicae omnes.* Aliud σκόλιον memini me legere apud Suidam in (*u*): ἐπὶ Λεωψυδρίῳ μάχῃ. Sed et hoc praetereo et alia iucundioris argumenti carmina, quae nunc ad nos nihil pertinent. Liceat vero aliam coniecturam proponere de carmine ſimili aut, ſi vis illud *σκολίον* appellare, nihil impedio, quod mihi in libro Sap. Siracid. (*x*) inueniſſe videor. Lege mihi verſiculos hos:

Σφραγὶς

(*u*) in T. I. p. 819. (*x*) cap. XXXV, 4.

Σφραγὶς ἄνθρακος ἐπὶ κόσμῳ χρυσῷ, σύγκρισιν μαστιγῶν ἐν συμποσίῳ οἴνου,
Ἐν κατασκευάσματι χρυσῷ σφραγὶς σμαράγδου, μέλος μαστιγῶν ἐφ' ᾠδῇ οἴνου.

et dic mihi, an inepte ſuſpicer, eos e carmine aliquo Hebraeorum decerptos eſſe. Si, quae praecedunt, quaeque ſequuntur, conſideraueris, inſigniter ex reliqua oratione hos verſus eminere cognoſces. Redolet ipſum dicendi genus Hebraicae poeſeos geniũm, quem qui de carminibus recte iudicare poſſunt facile obſeruant. Praeterea puto hos verſiculos e carmine ſumtos eſſe, quod alternis canitur ita, vt, qui alteri ſuccinat, reſpondeat quidem priori, ſed maius aliquid addat, qualia carmina ſunt apud Theocritum et Virgilium. Vſu vero obtinuiſſe, vt hymnos ſaepe alternis choris inuicem cantarent Hebraei, luculentis exemplis oſtendit Lowthius (*y*) atque inprimis cantiunculae de Saulo et Dauide (*z*), vbi alteris praecinentibus: *Percuſſit Saulus millia ſua*, alteras reſpondebant: *Et Dauid ſuas myriadas.* Quam quidem rationem in vniuerſa fere Hebraeorum poeſi ita obtinuiſſe vir doctiſſimus addit, vt de Muſis Hebraeis verius, quam de aliis quibuscunque, dici poſſit:

Amant alterna camoenae.

Poteſtne

(*y*) in *Prael. XIX.* p. 356. ſequ. (*z*) 1. *Sam.* XVIII, 7.

Poteſne vero in eiusmodi carmine amoebaeo elegantius alterum membrum inueniri, quam in his verſiculis obſeruamus? Certe me delectat valde mea coniectura, quae ſi metaphyſicis theologorum quorundam ingeniis minus arriſerit, ſciant illi, me haec iis ſcripſiſſe, qui magnam partem codicis Hebraici poeticam cenſent, atque eo felicius in interpretatione illius quemque verſari poſſe credunt, quo mitiori eum naſcentem lumine Muſae adſpexerint. Fere ſimile inſtitutum floruit apud antiquiſſimos Romanos, de quibus haec narrat Cicero: *grauiſſimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes* (*a*).

Tale inſtitutum floruit etiam apud Gallos veteres et Germanos, qui maiorum fortium memoriam carminibus renouarunt. Hoc munere functos fuiſſe Bardos notum eſt, quos *fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus dulcibus lyrae modulis cantitaſſe* Ammianus Marcellinus ſcribit (*b*) et de

(*a*) Tuſc. Quaeſt. IV, 2. adde I, 2. et Peritonium in *Animaduerſ. Hiſtoricis. c. 6. p.* 205. (*b*) XV, 17.

de quibus, licet alia adſint (*c*), Lucani tantum verſus adſcribam (*d*):

Vos quoque, qui fortes animas belloque peremtas,
Laudibus in longum, vates, dimittitis aeuum
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Tacitus etiam narrat Arminium illum Vari victorem *cani adhuc apud barbaras gentes* (*e*), quemadmodum Auentinus etiam dicit (*f*): *Complura apud nos exſtant de virtutibus Attilae carmina, patrio ſermone more maiorum ſcripta.* His addamus locum memorabilem Trithemii (*g*): *Mos hic erat maioribus noſtris Francis atque Germanis, vt heroum dicta vel facta memoratu digna per ſacerdotes templorum patriis commendarentur carminibus, in quibus diſcendis, memorandis et decantandis iuuenum excitarentur ingenia. Quae conſuetudo multis durauit annis, donec poſtremo defecit.* Talia carmina collegit Carolus M. vt Eginhartus memoriae prodidit:

(*c*) vid. Athenaeum L. VI. p. 184. Diodor. Sicul. L. V p. 308. Aelian. *Var.* Hiſt. XII, 23. Bochartum in *Geogr Sacr.* P. II. l. 1. c. 42. *Monumenta Paderbornenſia* p. 78 Io. Chriſt. Wagenſeil. *von der Meiſterſinger holdſeeligen Kunſt.* p. 496. (*d*) *Pharſ.* I, 447. (*e*) in *Annal.* II. extr. add. de *Mor. Germ.* II, 3. (*f*) in *Annal. Boior.* L. II. p. 130. (*g*) in *Compend. Annal.* L. I. p. 11. ed. Francof. 1601. add. Iornandem *de rebus Getic.* c. 5.

dicit (*b*): *Item barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit* (i. e. descripsit) *memoriaeque mandauit*, ad quem locum lege, quae Besselius et Goldastus notauerunt. Sed interciderunt ea, nec leue desiderium sui reliquerunt nobis, quibus saepiuscule cum Georg. Hickesio (*i*) dicendum et optandum est. *O vtinam iam extaret Augusta Caroli M. bibliotheca, in qua delicias has suas reposuit Imperator! O quam lubens, quam iucundus ad extremos Caroli imperii fines proficiscerer ad legenda antiqua illa aut barbara carmina!*

(*b*) in *Vita Caroli M.* c. 29. p. 130. (*i*) In *Grammat. Franco-Theotisc.*

Kriegs-

Kriegslieder
DES TYRTAEVS.
Aus dem Griechiſchen.

I.

Wie ſchön! wenn für das Vaterland
Ein Mann kämpft, und als Held
Mit blankem Schwerd in hoher Hand
Im Vordertreffen fällt!

Allein, wie elend! wenn er hier
Die feiſten Aecker flieht,
Und dort um Brod vor fremder Thür
Demüthig ſich bemüht.

Ihm ſchleicht der grauen Aeltern Paar,
Vom Alter krumm und ſchwach,
Sein Weib, das ſeine Wolluſt war,
Und kleine Söhne nach.

Verachtend folgt ihm jeder Blick,
Wo er voll Mangel geht,
Und weiſt gehäſſig ihn zurück,
Wenn er die Gabe fleht.

Und sein Geschlecht deckt ewge Schmach
Und sein Gesicht wird alt,
Und ihm folgt Angst und Kummer nach
In jeglicher Gestalt.

Und wenn er lang genug geirrt
Ganz abgezehrt von Gram,
Verliehrt er jede Zier, verliehrt
Er endlich selbst die Schaam. —

Doch für das Vaterland, für dieß
Kämpft, Jünglinge, mit Muth!
Für euch, und eure Kinder fließ
Eur edles Heldenblut!

Ja, schließt euch, flieht, und kämpft vereint!
Des Schreckens bleich Gesicht,
Der Wunsch, vor einem stolzen Feind
Zu fliehn, ziemt Krieger nicht.

Nein, feuert eure Seelen an
Mit einer edlen Wuth,
Dann trotzt dem Tod, und lauft die Bahn
Des Ruhms voll Heldenmuth. —

Wie? ſollen dieſe Greiſe hier
Mit unbiegſamen Knien
Itzt für Euch ſtreiten? aber Ihr
Wollt ſie verlaſſen? fliehn?

Wie ſchändlich, wenn der Kraft beraubt,
Ein Greis im erſten Glied,
Mit grauem Bart und weiſſem Haupt
Das Schwerd vor Söhnen zieht,

Und kämpft und fällt: wenn dann im Staub,
Der edle Geiſt verraucht,
Da hinter ihm, des Schreckens Raub,
Der feige Jüngling hauchet:

Wenn ihn, von dürftigem Gewand
Entblößt, der Tod hier ſtreckt,
Und er nur mit der blutgen Hand
Den nackten Körper deckt!

O Schande! wendet das Geſicht
Von ihm! — doch nein, ſeht hin,
Er weicht dem ſchönſten Jüngling nicht
Und Frühling ſchmücket ihn.

Er iſt der Männer Stolz, die Gluth
Der Weiber, lebt der Held,
Und beyder Lob, wenn er mit Muth
Im Vorder-Treffen fällt.

O Glück! wer angeheftet ſteht,
Unwankend wie ſein Geiſt,
Zuerſt im Kampf frolockend geht
Und ſeine Lippen beißt.

II.

Stammt Ihr von dem Alcides nicht,
Ein unbeſiegt Geſchlecht?
Noch gönnt euch Zevs ſein Angeſicht,
Traut auf ein göttliches Recht!

Was iſt die Menge, die euch droht?
Erzittert nicht vor ihr?
Ergreift den Schild, und ſuchet den Tod
Und kämpft voll Ruhmbegier.

Ist euch das Leben nicht verhaßt?
Ihr kennt ja die Gefahr
Des Kriegs? des Kriegers Müh und Last?
Was fliehn und schlagen war!

Nicht wahr? da fiel ein kleiner Theil,
Wo mit vereinter Macht
Den Angrif Ihr gewagt, und Heil
Auf euer Volk gebracht.

Ja, ein Verzagter! auf einmal
Verliehrt der alle Kraft!
Kein Wort erschöpft das Unglück all,
Das niedre Feigheit schafft.

O welche Schande! welch ein Greul!
Wenn hin in Staub gestrecht
Auf blutgen Rücken noch ein Pfeil
Tief in der Wunde steckt!

Er traf ihn auf der Flucht. — Der Held
Faßt aber sichern Grund
Rückt unerschüttert in das Feld
Und beißt sich in den Mund;

Hebt ſeine Schenkel hoch empor,
Und hält den breiten Schild
Den Schultern und dem Buſen vor,
Den hoher Ehrgeiz ſchwillt.

Er wirft den Spieß, d' Feind, auf dich
Mit ſtarkem Ungeſtüm!
Indeſſen winket fürchterlich
Die Feder über ihm!

So lern er Thaten üben im Streit,
Und fechte und ſtreite gern
Und wo der Feind mit Pfeilen dräut,
Da ſey ſein Schild nie fern.

Doch nahe er ſich ihm allzuſehr,
So greif er beherzt an,
Bald mit dem Schwerd, bald mit dem Sper,
Und fuch ihn ſelbſt an fahn.

Es treffe donnernd Mann auf Mann,
Und Fuß auf Fuß, und Schild
Auf Schild, und Helm an Helm und dann
Schlag er vom Wuth erfüllt.

Bald ſey der lange Spieß bereit,
Und bald das breite Schwerd,
Und ſeine Bruſt ſey jederzeit
Dem Feinde zugekehret!

Du aber, leichter Kriegsmann, du,
Dich ladt der Krieg auch ein,
Eil unter deiner Tartſche zu
Und wirf den mächtgen Stein.

Und deinen Wurfſpieß ſtumme nicht
Oft auf den Feind zu drehn,
Ja, geh ſelbſt denen ins Geſicht,
Die ſchwer bewaffnet gehn.

III.

Nicht der iſt mir des Nachruhms werth,
Werth, daß man ihn beſingt,
Der ſchnell zu laufen iſt gelehrt,
Im Spiele muthig ringt:

Und wär ſo groß und ſtark, wie er,
Nicht der Cyclopen Chor,
Flöh er, wie Boreas daher,
Und flöh er ihm ſelbſt vor;

Und wär an reizender Geſtalt
Ein Thiton ihm nicht gleich:
Wich ihm ein Pelops an Gewalt,
Wär Midas nicht ſo reich,

Adraſt nicht ſo beredt, wie er,
Und wenn auch was die Welt
Als groß erhebt, ſein eigen wär,
Und er wär nicht ein Held! —

Denn, wer nicht von Begierde glüht,
Den blutgen Tod zu ſehn,
Nicht gern dem Feind ins Auge ſieht
Und nah ihm wünſcht zu ſtehn:

Der iſt es nicht — Ein tapfrer Muth,
Der dieſes Ruhms begehrt,
Iſt Sterblichen das größte Guth,
Des Jünglings Wünſche werth.

Doch

Doch wer, das Schwerd in kühner Hand,
Sich an die Spitze drängt,
Ist seinem Volk und Vaterland
Von einem Gott geschenkt.

Er sieht: vergißt der niedern Flucht,
Beut kühn sein Leben dar,
Und unerschrocknen Muthes sucht
Er trotzend die Gefahr:

Ruft seinen Nachbar muthig auf,
Nicht Wund und Tod zu scheun,
Und bricht mit ungebemten Lauf
In die Phalangen ein:

Sie fliehn: und er verfolget sie,
Regiert den Sturm der Schlacht,
Und zeiget seinen Rücken nie,
Und kämpft mit Liſt und Macht:

Und stirbt in einer kühnen That;
Fällt forne vor dem Heer,
Ist seinem Vater, seiner Stadt
Und Volk Triumpf und Ehr.

Sein

Sein Panzer und ſein runder Schild,
Der ihn bedecken ſoll,
Und Buſen, der von Blute quillt,
Iſt tiefer Wunden voll.

Um ihn weint Jüngling, Greiß und Mann:
Die ganze Stadt voll Ach
Erzählt, was er für ſie gethan
Und folgt der Leiche nach:

In hohen Ehren bleibt ſein Grab
Und ſein Geſchlechte blüht
Von Kind zu Kindes-Kind hinab,
Bis in das ſpätſte Glied.

Es ſtirbt ſein Lob zu keiner Zeit
Und ſeines Nahmens Ruhm!
Verweſt er gleich: Unſterblichkeit
Verbleibt ſein Eigenthum. —

Doch fällt dem Held das Loos beglückt,
Dem Tode zu entfliehn,
Dem Tod, dem ewgen Schlaf; und ſchmückt
Der Sieges-Lorber ihn:

So

So liebt ihn jedes: ihn erhebt
Der Jüngling und der Greiß,
Und wenn man ihn einſt ſpät begräbt,
Folgt ihm der Nachwelt Preis:

Alt iſt er ſeinen Bürgern werth,
Gefürchtet und geliebt,
Ein jeder thut, was er begehrt,
Und flieht, was ihn betrübt.

Er kömmt, und Jung und Alte ſehn
Ihn gern, und jeder zeigt
Ihm ſeinen Sitz, und alle ſtehn,
Stehn da vor ihm gebeugt. —

Wer von euch dieſen Ruhm begehrt,
Den Heldenruhm, den Sieg!
Der ſey durch Muth auch deſſen werth,
Sey ſtark, und ſuche Krieg!

IV.

Wie lange ſchlaft ihr? wenn erwachet
Des Krieges Ungeſtüm?
Seht! wie der Nachbar ſpöttiſch lacht!
Auf! ſchämet euch vor ihm!

Ihr träumt euch Frieden um euch her!
Doch Jünglinge? wie? hört
Und ſeht ihr nicht den Krieg? da er
Das Land umher verheert?

Ergreift den Schild und hütet ihn
Dem Feinde vor, und bald
Laßt noch einmal den Wurfſpieß fliehn,
Indem ihr rühmlich fallt!

Wie glänzend iſt es! o wie ſchön!
Von edlem Muth entbrannt
Für Weib und Kind in Streit zu gehn,
Noch mehr, fürs Vaterland!

So bald die Parcen es beſtimmt,
Iſt euer Loos der Tod ——
Drum auf! erhebt das Schwerd ergrimmt
Und trotzt dem, der euch droht!

Und waffnet unter euerm Schild
Die Bruſt mit Tapferkeit,
Und kämpft von Heldenmuth erfüllt,
So bald die Schlacht gebeut.

Des Schickſals ſichern Todtes-Streich
Entflieht kein Sterblicher,
Und ſtammte ſein Geſchlecht auch gleich
Von Göttern ſelber her.

Wie oft ergreift den, der der Schlacht,
Der Pfeile Sturm entrinnt,
Der Tod in einer ſichern Nacht,
Wenn er auf Freude ſinnt!

Allein kein Vaterland, kein Freund
Liebt und vermißt den Mann;
Doch leidet jener, o ſo weint
Und trauert jedermann!

Das ganze Volk wünſcht ihn zurück,
Wenn es den Held begräbt:
Er war ſein Gott, er war ſein Glück,
So lang er hier gelebt.

Denn vieler Helden Thatenzahl
That er allein: Im Sturm
Sahn all auf ihn, und allemal,
War er ihr Schutz und Thurm.

INDEX
VETERVM AVCTORVM, QVI AVT EMENDANTVR, AVT EXPLICANTVR COPIOSIVS.

Anacreon 38. 63.
Anthologiae Graecae carmina primum edita 23. 24. 26. 27. 60. 62. 71. 72. 73. 75. 79. 80. 82. 93. 99. 100. 111. 113. 113. 114. 115. 116.
Aristoteles 91.
Cicero 92.
Euripides 80. 81.
Eusebius 141.
Homerus 6. 22. 107. 122.
Horatius 70. 88.
Inscriptiones Graecae et Latinae 47. 48. 49. 50. 51. 52.
Longinus 89.
Menander 101.
Ovidius 60.
Pausanias 74.
Pindarus 44. 45. 86.
Plato 89. 91.
Plutarchus 35. 36. 77. 91. 104.
Quintilianus 71.
Quintus Calaber 117.
Siracides 241.
Syncellus 142.
Theognis 81. 95. 96.
Thucydides 162. 164.
Tzetzes 129.
Xenophon 17.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM.

Aciem deserere turpe erat apud Lacedaemon. 46.
Adspicere credebantur homines dii propitii 38.
Apes poetarum symbolum 77.
Apollo imberbis 28.
Armis priuari turpe olim 21.
Asini honestas prisca 122.
Assurgendi de sede mos 96.
Athenienses in bello caesos honorifice sepeliunt 92.
Callinus 99.
Carminum vis 152.
Cinyras 75.
Clamor militum ante praelium 194.
Corporis humani partes ad alia translatae 54-57.
Crista magna et formidolosa 57.

Κύκλος Λίνου 197.
Decori studium morientes obseruant 89.
Dii vrbe excidio vicina exeunt 39.
Diis comparantur praeclari viri 112.
Ἐμβατήρια 160.
Ἐπινίκια variorum populorum 225.
Exilium durum 11.
Flores sepulchro adferri volebant olim 49.
Floribus comparatur iuuentus 23.
Fortuna respiciens 39.
Fortitudo militis pugnantis licet moribundi 105.
Galea pellibus tecta 62.
Gallus diis sacer 28.
Germani maiorum facta canunt 242. praelium ineuntes clamant 195. canunt 197. Germanorum carmina bellica antiqua 203. recentiora 205.
Graecorum carmina bellica 198.
Heraclidarum colonia 36.
Inuicti vocantur dii 34.
Iupiter Victor 37.
Iouis summa in bello potestas 40.
Labia mordent milites 38.
a Mari ad bellum transferuntur verba 85.
Mel eloquentiae symbolum 76.
Mors pro patria 7. 8.
Messeniorum bella cum Lacedaem. 139.
Odinus 214.
Paeanes 192.
Polonorum paean militaris 199.
Προσόδια 166.
Praelii descriptiones pulchrae 59. 60.
Pudor saepe res perditas seruauit 101.
Ragnari Lodbrogii carmen 212.
Sacerdotum feruor carmina antiqua deleuit multa 171. etiam monimenta artium 173.
Scaldi 207.
Σκόλια 236.
Septentrional. populor. carmina bellica 210.
Senes apud Lacedaem. honorati 95.
Sepulchra complectebantur amici 51. Sepulchra caesorum in bello apud Lacedaem. illustria 93.
Siren eloquentiae symbolum 78.
Thracia ventorum patria 70.
Tithon. 71.
Tibiarum vsus in bello 163.
Triplex chorus 154.
Tubarum inventor 155.
Victoria non alata 40.
Vulnera in tergore turpia 53.

INDEX VERBORVM,
QVAE IN NOTIS EXPLICANTVR ET ILLVSTRANTVR.

ἀγαθὸς 8.
ἀθυμία 14.
αἴθων 133.
αἰχμὴ 94.
ἀλλὰ 16. 33.
ἀμφικτύονες 101.
ἀνάγκαι 124.
ἀνὴρ 9.
ἀνιηρὸς 10.
ἄνθρωπος 10.
ἄνδρος ἥβης 23.
ἀργάλεος 46.
ἄρχεσθαι 96.
ἀρετὴ 69.
ἀτιμία 13.
αὐγαὶ ἠελίου 42.
αὐχὴν 56.
ἄωτος 26.
βάθυς 74.
βαπτίζεσθαι 86.
βίος 64.
βλέπειν 43.
γὰρ 6.
γαστὴρ 54.
γυῖα 18.
γναθὸς 55.
γυμνὸς 21.
γυμνῆτες 62.
δαλὸς 110.
διαβαίνειν 29.
δῆμος 111.
ἔαχεν 11.
ἕατα 26.
ἕλσαι 107.
ἐντεάφεσθαι 104.
ἔργα. 43. 119.
ἔχω 85.
ἔρχεσθαι 110.
εὐρύχορος 126.
ἐπίπαγχυ 84.
ἦ 114.
ἧσθαι 104.
ἡνεμόεις 121.
θυμὸς 17.
θυμῷ 14.
θυμὸμαχεῖν 15.
θῶκος 96.
θεοτίμητος 128.
ἰαλὸς 50.
ἰαχὴ 26.
καλὸς 7.
κἄδδαι 52.
κνημὶς 57.
κόλπος 56.
κυδιόδιος 12.
κυνέη 61.
κῦμα 85.
κωφὸς 27.
λιβανωτὸς 80.
μαστὸς 56.
νεμεσητὸς 20.
νέφος 86.
πίπτουν 114.
νῶτος 56.
οἰνοβαρὲς 80.
ὀργὴ 45.
ὁρμὴ 45.
ὅτ' οὔτασα 115.
ὁρᾶν 114.
ὄπωρα 26.
οὐδ' ἐς 45.
ὀφρὺς 55.

πάσχω

πάσχειν 46. 95. 111.
πανοπλίᾳ 63.
παῖδες παίδων 94.
περὶ 10.
πενία 10.
πόλεμος 109.
ποῦς 57.
πτώσσειν 62.
πύργος 116.
ῥῆτραι 128.
σοφίζεσθαι 27.
σφάλλειν 62.
σπουδῇ 84.
στόμα 57.
στέρνα 56.
τέρεια 47.
τιθέναι 43.
τιθέναι ἐν λόγῳ 68.
τις 28.
τήκεσθαι 48.
ὑγρὸς 115.
φίλος 20.
φιλοψυχεῖν 18.
φυὴ 72.
φῶς 117.
χάλος 55.
ψυχὴ 15.
ὥρη 14.
ὡς 81.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410